Digitized by Google

Digitized by Google

Bav. 1385 k

Jung

Digitized by Google

<36634562330011

<36634562330011

Bayer. Staatsbibliothek

Bavaricum prag. 2454. fränk. Provinz.

Digitized by Google

ANTIQUITATES MONASTERII SANCTORUM PETRI ET PAULI APOSTOLORUM IN WILZBURG, ORDINIS SANCTI BENEDICTI.

Das ist:

Historische Beschreibung

Der ehevorigen

Abt- und nachmaligen Probstey zu Wilzburg,

Unfern

Weissenburg am Nordgau.

Ex limpidissimis fontibus und wahren Urkunden gefertiget

von

Carl Ferdinand Jung,

Hoch-Fürstl. Brandenburg-Onolzbachischen Hof-Rath und Geheimden Archivario.

Schwabach,

In Commission bey Johann Jacob Enderes. 1736.

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

Dem

Durchlauchtigſten Prinzen

und Herrn,

HERRN

Chriſtian Friederich Carl Alexander,

Marggrafen zu Brandenburg,

ꝛc. ꝛc.

Und

Burggrafen zu Nürnberg,

ꝛc. ꝛc.

Seinem

Gnädigſten Prinzen

und

Herrn,

Digitized by Google

machet mit gegenwärtig geringer Arbeit, unter ſubmiſſeſter Anwünſchung eines in allen Stücken höchſt-beglückten Wachsthums und ohnunterbrochenen Hoffnungs-vollen Hochergehens die geziemenſte Aufwartung in inviolablen Reſpect

Der Auctor.

Geehr-

Geehrter Leſer!

ICh habe das gute Vertrauen, es ſolle gegenwärtiger Entwurf bey dir eine Achtung und Approbation meritiren, in Erwegung viele Urkunden darinnen zu finden, welche noch niemahlen publici Juris gemachet worden, und die Monumenta medii ævi auf eine angenehme Weiſe beleuchten. Es ſollte zwar dieſe Delineation in ein feineres Licht geſtellet werden können, wann ungetreue Hände das Spiel nicht verdorben, und die hauptſächlichſten Documenten unverantwortlich entriſſen hätten, gleichwohlen aber werde ich bey allſchon geſchehenen und unwiederbringlichen

Dingen, ſo gut als möglich, occupiret ſeyn, alles apta imagine, quaſi in vivo ſpeculo, vorzubilden, um deinem allenfallſigen Verlangen ein wohl-gefälliges Genügen zu thun. Der ich mich anbey zu gütigen Angedencken und billiger Cenſur beſtermaſſen empfehle. Onolzbach, den 25. Febr. Anno 1736.

A. Ω.

DAs hiebevorige conſiderable Cloſter Wilzburg, Benedictiner Ordens, hat die Fatalität, daß man die eigentliche Zeit von deſſen Fundation nicht determiniren kan. Den Stein hierzu legte die übelgeſinnte und einen beſtändigen Unglimpf unterhaltende Stadt Weiſſenburg in den Wege, angemercket, laut eines Excommunications-Briefs des Herrn Biſchoffens *Johannis* zu Eyſtett, de 27. Sept. 1451. die dortigen Inwohnere petulanti ſplene ſich übel unterſtanden, nicht nur den Abt ſelber Zeit böslich zu mishandeln, ſondern auch den Kirchen-Ornat, wie nicht minders die Briefſchafften, gewaltſamer Weiſe zu entfremden, ja, damit ſie deſto mehr Lufft bekommen mögten, das Cloſter ſelbſt in Brand zu ſtecken, und, obſchon jetzt-gedachte Inwohner nachhero am Donnerſtag Sanct Sebaſtians-Tag, 1452. gegen den Land-Commenthur zu Francken, Herrn Ulrich von Lentersheim, ſich engagiret haben, den abgeraubten Ornat, ſamt vorbemeldten Briefſchafften, anwiederum ohnabgängig zu reſtituiren, ſo bleibet doch eine undecidirte Sache, was bey dem veranlaßten Raub und Brand vor Documenta entzogen, und qua fide ſolche wiederum ad locum unde gegeben worden, zu deren Recuperirung dann

Digitized by Google

keine Hoffnung mehr übrig, muthin der unersetzliche Abgang billig zu doliren ist.

Die gemeine Tradition rouliret dahin: Daß der Fränckische König *Pipinus*, zu des Pabsts *Adriani* und des Longobardischen Königs *Desiderii* Zeiten, im Jahr siebenhundert vier und sechzig, im Nordgau gejaget haben, somit bey Verfolgung einer zahlbaren Menge Wildes auf diesen beschwerlichen Berg von ungefähr gekommen, und wegen grosser Mattigkeit unter denen darauf gestandenen Bäumen in einen süssen Schlaf und eine sanffte Ruhe verfallen seyn, dann, als Er davon erwachet, aus Göttlicher Eingebung disponiret haben solle, an diesem Ort eine Capelle zu Ehren des Heiligen Nicolai zu erbauen, und, da nachmahls im Jahr siebenhundert zwey und neunzig dessen Sohn *Carolus M.* von Regenspurg nach Weissenburg Sich in das Kayserliche Schloß begeben, des Willens, die Conjunction der Donau und des Rheins in dem Ort Graben zu præpariren, so hätte Er aus Göttlicher Fügung die Stifftung seines Herrn Vatters auf dem Berg heimgesuchet, und bey vorgedachter Capelle ein stattliches Closter St. Benedicten-Ordens, aus tieffester Devotion gegen unsern Heyland, der Heiligen Gebährerin GOttes, aller Heiligen, und insonderheit der beyden Apostoln Petri und Pauli, angeleget. Ob diese Invention ein memorables Moment mache, lasse ich dahin gestellet seyn; zum wenigsten weiß ich die Fontes hievon nicht zu aperiren, weilen derselbigen weder die *Annales Francorum Nazariani*, noch auch die *Fuldenses* und *Bertiniani*, noch andere *Chronica illius ævi* das Wort sprechen, und was *ævum* re-

recentius oder *Zeilerus* in *Topographia Franconiæ*, p. 57. deshalb vorbringet, keine Attention verdienet. Die *Annales Regum Francorum*, *Pipini*, *Karoli M.* & *Ludovici* apud *Andr.* du *Cheſne* Tom. II. *Corp. Hiſt. Franc.* melden zwar ad a. DCCXCIII.

Perſuaſum tunc Regi erat, ſi inter Radantiam & Almonum fluvios foſſa navium capax duceretur, poſſe commode è Danubio in Rhenum navigari, quod alter Danubio alter Mœno miſcetur: Confeſtim *cum omni Comitatu ſuo eo venit*, congregataque hominum multitudine totum autumni tempus in eo opere conſumſit. Ducta eſt foſſa inter predictos fluvios duum milium paſſuum longitudine, latitudine CCC. pedum, ſed incaſſum, &c.

Wordurch an ſich klar wird, auch in die Augen fället, daß *Carolus M.* um die berührte Gegend in hoher Perſon geweſen ſeyn müſſe; Daß Er aber zu der angegebenen Pipiniſchen Stiffiung ein Cloſter erbauet, davon iſt altum ſilentium, und mag ich mich licentia mentiendi nicht hervor thun, ſondern ſuche das Studium veritatis allezeit mit vieler Begierde zu ſouteniren, dahero ich auch die vernünfftige Anweiſung des berühmten *C. S. Schurzfleiſchii Epiſt. Arcan.* Part. I. Ep. CCLXXXVI. in ſteter Conſideration halte:

Quare ab hoc ſcribendi conſilio recedendum eſt, niſi Tabularia & Codices antiquitus ſcripti ſuppetant, atque idonea & fide digna Teſtimonia afferantur. Sæpe quidem obſcurius expreſſa ſunt veſtigia hiſtoriæ veteris, ſed

Digitized by Google

diligentius perquiſita quærentem non fallunt, maxime, ſi Principum Tabularia excutiantur.

Bey dieſen Umſtänden incumbiret mir jetzo, die in öffters angeführtem Cloſter vormahls geweſene Aebte und Pröbſte, ſo viel jener Namen annoch vorhanden, Ordnungs-mäßig darzuſtellen, und annebens en detail zu bemercken, was unter einem jeden derſelben notables paſſiret hat. Was aber die Præſtantiam des Ordens Sancti Benedicti ſelbſt anbelanget, dabey will ich mich nicht aufhalten, ſondern die geehrteſten Leſer auf des geſchickten *Johannis Mabillonii Acta & Annales Ordinis Sancti Benedicti* verweiſen, in dem geſicherten Vertrauen, daß ſie daraus eine vollkommene Vergnügung ſchöpffen können und werden.

PEREGRINUS.

Dieſer hatte die Ehre, daß deſſen Cloſter ſowohl vom Pabſt *Honorio III.*, vermittelſt einer Bulle, als auch vom Kayſer *Friderico II.* durch ein abſonderliches Privilegium, Anno 1226. in Protection genommen worden, wie hiebey geſetzter maſſen ausführlichern Begriffs zu erſehen iſt:

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Abbati & Conventui Monaſterii in Wulzburg ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana Eccleſia devotos & humiles filios ex aſſuete pietatis officio propenſius diligere conſuevit, & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia mater ſui protectionis munimine confovere. Qua-

Quapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus perſonas veſtras & locum in quo divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis, que in preſentiarum rationabiliter poſſident, aut in futurum preſtante Domino juſtis modis poteritis adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem poſſeſſiones & alia bona monaſterii veſtri, ſimiliter & Jura, Libertates & Immunitates vobis & monaſterio veſtro autoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare preſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſe noverit incurſurum. Datum Lateran. - - Maii Pontificatus noſtri anno decimo.

In nomine ſancte & Individue Trinitatis, FRIDERICUS ſecundus, divina favente clementia, Romanorum Imperator ſemper auguſtus, Jeruſalem & Siciliæ Rex, &c. Impenſis à Domino beneficiis reſpondemus & ei gratiarum offerimus holocauſtum, cum ſacroſanctas Eccleſias & Monaſteria Deo dicata favore noſtre gratie intuentes, eorum paci & quieti miſericorditer providemus & que tam à Principibus, quam à quibuslibet aliis ipſis ſunt pie collata, Imperialis noſtra Serenitas ratihabitione corfirmat. Inde eſt, quod nos attendentes piam erga Deum fidei ac devotionis intentionem

Peregrini Venerabilis Abbatis & Conventus monaſterii ſanctorum Petri & Pauli in Wilzeburc fidelium noſtrorum conſiderantes, nihilominus ipſius loci Deo gratam & honeſtam Religionem, quam cotidie de bono in melius creſcere & in Chriſto proficere bene redolens atteſtatur opinio plurimorum, cum ab eo, qui Largitor eſt omnium Rex ſtatutus vite beneficium Imperii Sceptrum & collata nobis etiam cetera cognoſcamus de innate nobis benignitatis gratia & obtentu retributionis eterne, ſed & pro remedio animarum felicium Auguſtorum quondam Progenitorum noſtrorum dive recordationis ad noſtre quoque ſalutis & exaltationis augmentum. Monaſterium ipſum Abbatem & Conventum predictos cum omnibus bonis ſuis, que in preſenti juſte tenet & poſſidet, & que in antea juſto titulo poterit adipiſci, clementer ſub noſtre Majeſtatis protectione recipimus per potentie noſtre brachium benigno ſemper patrocinio confovendum. De habundantiori quoque gratia Celſitudinis noſtre, qua loca religioſa benigne ſemper conſuevimus intueri. Omnia bona, *poſſeſſiones & tenimenta*, (*) que lar-

(*) *Poſſeſſiones & tenimenta*] Bey dem Frid. Lindenbrogio Cod. Leg. antiquar. finden ſich die Conſtitutiones Siculæ ingroſſiret/ worinnen Lib. I. Tit. LXV. de clericis conveniendis pro poſſeſſionibus quas non tenent ab Eccleſia p. 737. folgendes zu leſen: Si quis clericus de hereditate, vel aliquo *tenimento*, quod non ab Eccleſia, ſed ab aliis vel aliquo per patrimonium ſive aliunde teneat, appellatus fuerit, volumus ut de hoc in Curia illius, in cuius terra *poſſeſſionem vel tenimentum* habuerit, reſpondeat.

Digitized by Google

largitione predeceſſorum noſtrorum felicium Auguſtorum Romanorum Imperatorum ſeu Regum vel aliorum quorumcunque oblatione fidelium eidem Monaſterio à fundationis ſue primordio ſunt collata, prout ea omnia idem monaſterium ex tunc usque ad hec noſtra felicia tempora juſte dignoſcitur poſſidere, ipſi monaſterio concedimus & perpetuo confirmamus, ſtatuentes & preſentis privilegii auctoritate firmiter injungentes, ut nulla omnino perſona parva vel humilis, Eccleſiaſtica vel Secularis, iam dictum monaſterium de predictis omnibus contra hujus protectionis, conceſſionis & confirmationis noſtre tenorem impedire ſeu moleſtare preſumat; Quod qui preſumſerit, in ſue temeritatis vindictam indignationem noſtram & penam quinquaginta librarum auri ſe noverit incurſurum, medietatem Camere noſtre & alteram medietatem paſſis iniuriam perſolvendam: Vt autem hec omnia rata ſemper & inconvulſa permaneant, preſens privilegium fieri & ſigillo Maieſtatis noſtre iuſſimus communiri. Huius autem rei teſtes ſunt, Albertus Magdeburgenſis ArchiEpiſcopus. . . Epiſcopus Curenſis & Abbas Sancti Galli. A. Dux Saxonie. R. Dux Spoleti. Comes. C. de Wiſſelburc. Comes G. de Quenreburc. Comes. S. de Vienna, & alii quam plures.

Signum Domini Frideri Secundi Dei gratia Invictiſſimi Romanorum Imperatoris, Semper Auguſti Jehruſalem & Sicilie Regis: Acta

ſunt hec Anno Dominice Incarnationis milleſimo, ducenteſimo, viceſimo Sexto. Menſe Aprilis quarto decime Indictionis, Imperante Domino noſtro Friderico Secundo Dei gratia invictiſſimo Rom. Imperatore ſemper Auguſto Jeruſalem & Sicilie Rege, Anno Romani Imperii eius Sexto. Regni Jeroſolimitani primo, & Regni Sicilie Viceſimo octavo feliciter Amen. Datum apud Ravennam, Anno Menſe & Indictione preſcriptis.

In dieſem Diplomate findet man ein merckwürdiges Denckmahl von dem Alterthum dieſes Cloſters, daraus auf eine bündige Art colligiret werden kan, daß ſothanes Cloſter ſchon um dieſe Zeit ergrauet geweſen ſeyn müſſe. Wie lange der Abt *Peregrinus* gelebet habe, davon geben die vorhandene Documenten kein Licht, immaſſen die Päbſtlichen Privilegia nur generaliter von dem Abt und Convent des Cloſters in Wilzburg beſagen. Und ob ich gleich bis ad Annum 1280. keinen Abt Namentlich anzuführen im Stande bin, ſo will ich mich doch auch dahin extendiren, was immittler Zeit dem Cloſter zu gute beſchehen iſt. Der Pabſt *Innocentius IV.* begnadigte mehr-erwehntes Cloſter Anno 1247. mit einem Iudulgenz-Brief, daß es zu Tilgung der contrahirten Schulden ehender nicht verbunden ſeyn ſollte, bevor die Darleyhere glaubwürdig beygebracht haben würden, daß das æs alienum in des Cloſters Nutzen vertiret worden, wie das Inſerat breitern Anlauts evinciret:

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei,

Dei, dilectis filiis Abbati & Conventui Monasterii Sancti Petri in Wilceburg Ordinis Sancti Benedicti Eystetensis Diocesis, Salutem & apostolicam benedictionem; Monasterio vestro, quod sicut intimantibus vobis accepimus gravatum est onere debitorum paterno compatientis affectu ac volentes indempnitatis eius paterna sollicitudine precavere auctoritate vobis presentium indulgemus ut non teneamini ad solutionem huiusmodi debitorum, nisi probari possit, ea conversa esse in utilitatem Monasterii memorati; Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Lugduni XIII. Kal. Aug. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Nur-benannter Pabst hat, vermöge nachgesetzter Bullen, das Closter und dessen Güter ebenfalls in seinen Schutz aufgenommen und befestiget:

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei; Dilectis filiis Abbati & Conventui Monasterii Sancti Petri de Wilzeburc, ordinis Sancti Benedicti Eistetensis diocesis salutem & apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romanorum Ecclesia devotos & humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit & ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tanquam pia mater sue protectionis munimine confovere: Quapropter dilecti in Do-

mino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras & locum, in quo divino eſtis obſequio mancipati cum omnibus bonis, que in preſentiarum rationabiliter poſſident, aut in futurum iuſtis modis preſtante Domino poteritis adipiſci ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, ſpecialiter autem terras, domos, ſilvas, poſſeſſiones, prata & alia bona veſtra ſicut ea omnia iuſte ac pacifice poſſidetis vobis & per nos monaſterio veſtro auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare preſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſe noverit incurſurum. Datum Lugduni VI. Non. Julii, Pontificatus noſtri anno quarto.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati monaſterii Sti Petri in Wilceburc eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis.

In P P M.

religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe preſidium, ne forte cuiuslibet incurſus temeritatis aut eos à propoſito revocet aut robur, quod abſit ſacre religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus & monaſterium

rium Sancti Petri in Wilceburc Eiſtetenſis Dioceſis, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & ſcripti preſentis privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus qui ſecundum Dei & beati Benedicti regulam in eodem loco inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur, propterea quascunque poſſeſſiones, quecunque bona idem Monaſterium in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, Largitione Regum vel Principum oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis, preſtante Domino, poterit adipiſci firma vobis, veſtrisque ſucceſſoribus illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimendis vocabulis: Locum ipſum, in quo prefatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis de *Wilzeburc* & de *Walwental grangias*(*) cum omnibus pertinentiis eorundem, decimas,

(*) *Grangias*] In einer dem Abt Arnold zu Heilsbronn vom Pabſt *Lucio* V. non. May Indict. XV. Incarn. Dom. an. M.C.LXXXII. ertheilten Bulla ſtehet: Prohibemus ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus violenciam vel rapinam ſeu furtum committere audeat. Ein Privilegium Henrici Rom. Regis, ſo Er dem Cloſter Heilsbronn ſub d. Nurnberg ij. Idus Marcij an. Dom. M. CCC. X. impertiret / iſt dieſes Enthalts: Curiam veſtram ſive grangiam ſitam in villa noſtra Ahuſen ſuper ripa fluminis mogi una cum poſſeſſionibus & attinenciis ſuis &c. Der vom Biſchof Andreas zu Würzburg erſtbenannten Cloſter an. dom. M. CCC. nono XI. Kal. Decembr. gegebene Begnadigungs-Brief ver-

cimas, domos, terras, poſſeſſiones, manſos & redditus ſuos habitis in villis, que vulgo dicuntur *Wizzenburc*, *Wetelsheim*, *Niderhowen*, *Hohenſtat*, *Kele*, *Rameſauwe*, *Oloſsheim*, *Wimersheim*, *Huſen* & *Eberswanc*, Manſos & poſſeſſiones, quos habetis in villa, que vocatur vulgariter *Sammenhem*. Jus Patronatus, quod habetis in Eccleſiis Villarum, que vulgo *Wizzenburc*, *Huſen* & *Wetelsheim* vocantur, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, *uſuagiis & paſcuis in boſco & plano*, (*) in aquis & molendinis, in viis & ſemitis & omnibus aliis liber-

verlautet dahin: Quod cum grangie veſtre in nova curia & in Ketelndorf ſint in villas redacte &c. Ein dem Abt *Rudolph* zu Heilsbronn inſinuirter Kauf-Brief ſub d. Nurenberg a. Dom. M. CC. LXV. Indict. VIII. XVI. Kal. Dec. beſaget: Quod Cunradus de Solzburg Miniſterialis villulam ſuam apud grangiam Ketelndorf ſitam, dictam Nuvvehovelin &c. Heinr. Spelmannus gloſſar. Archaiolog. p. 267. *Grangia*. Gall. & Angl. grange. Provincial. Angl. Lib. 2. tit. de iudiciis ca. Item omnes. de omnibus maneriis, grangiis &c. Ubi Lindevvodus: Dicuntur, inquit, grangiæ, domus ſive ædificia, non ſolum ubi reponuntur grana, ut ſunt horrea: Sed etiam ubi ſunt ſtabula pro equis, hoſtaria ſive præſepia pro bobus & aliis animalibus: Caulæ pro ovibus: Porciteca pro porcis: Et ſic de aliis quæ pertinent ad œconomiam, ut ſunt loca deputata ſervientibus, ad agriculturam & opera ruſtica: Et de eis fit mentio in Ca. authoritate. Extravag. de Cenſ.

(*) *Uſuagiis & paſcuis in boſco & plano*] Carol. du Freſne gloſſar. Latinit. p. 335. planum, ager cultus, cui opponitur nemus, ſilva, boſcus-Ordericus Vital. lib. 5. p. 590. reditus autem qui de poſco & plano exierint. p. 594. tam plani quam nemoris. Videndus Cuiacius lib. 7. obſerv. c. 29.

Digitized by Google

libertatibus & immunitatibus ſuis. Sane novalium veſtrorum, que propriis manibus aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis nullus à vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis Clericos vel Laicos liberos & abſolutos è Seculo fugientes ad converſionem recipere & eos absque contradictione aliqua retinere; Prohibemus inſuper ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit, ſine Abbatis ſui licentia de eodem loco, niſi arctioris religionis obtentu, diſcedere, diſcedentem vero absque communium litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clauſis ianuis & excluſis excommunicatis & interdictis non pulſatis campanis dummodo cauſſam non dederitis Interdicto ſuppreſſa voce divina officia celebrare. Crisma vero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu Baſilicarum Ordinationes Clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi à dioceſanis ſuſcipietis, Epiſcopus ſiquidem Catholicus fuerit & gratiam & communionem ſancroſancte Romanorum ſedis habuerit, & ea nobis voluerit ſine pravitate qualibet exhibere. Prohibemus inſuper, ut infra fines Parrochie veſtre nullus ſine aſſenſu Dioceſani Epiſcopi & veſtro Capellam ſive oratorium de novo conſtruere audeat ſalvis privilegiis Pontificum Romanorum. Adhec novas & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archi

Dia-

Digitized by Google

Diaconis ſeu Decanis aliisque omnibus eccleſiaſticis Secularibusve perſonis à nobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus ut eorum devotioni & extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint niſi forte excommunicati vel interdicti ſint aut publice uſurarii nullus obſiſtat. Salva tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas preterea & poſſeſſiones ad Jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, que à Laicis detinentur, redimendi & legitime liberandi de manibus eorum & ad Eccleſias, ad quas pertinent, revocandi libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum maior pars conſilii ſanioris ſecundum Deum & Beati Benedicti regulam providerint eligendum. Paci quoque & tranquillitati veſtre paterna impoſterum ſollicitudine providere volentes auctoritate apoſtolica prohibemus ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere ſeu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates à predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Monaſterio veſtro conceſſas nec non & libertates & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus & Principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis

bis indultis auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare aut eius poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere minuere ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa fuerit uſibus omnimodis profutura. Salva ſedis Apoſtolice auctoritate & Dioceſani Epiſcopi Canonica Juſtitia & in predictis decimis moderatione Concilii generalis. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit poteſtatis honorisque ſui careat dignitate reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cogноſcat & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtricte ſubiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri JEſu Chriſti, quatinus & hic fructum bone actionis percipiant & apud diſtrictum Judicem premia eterne pacis inveniant

Amen Amen

Datum Lugduni per manum Magiſtri Marini ſancte Romane Eccleſie Vice Cancellarii V. Kal. Nov. Indict. VIIII. Incarnationis Dominice

Anno

Anno MCC. L. Pontificatus vero Domini Innocentii Pape IIII. anno octavo.

Anno 1254. versicherte der Herr Bischoff Heinrich zu Eystett das Closter Wilzburg wegen der unirten Pfarr Wettelsheim in diesen Formalibus:

Heinricus Dei gratia Episcopus Eistetensis, dilectis in Christo . . Abbati & Conventui in Wilzeberch salutem in Domino caritatem sinceram. Vestra nobis devotio humiliter supplicavit, quod cum Ecclesia vestra propter malum terre statum & pressuras hostium violentas ad tantam devenerit paupertatem, quod gravem in victualibus & aliis necessariis cogimini pati defectum, Ecclesiam in *Wezelsheim*, que ad vestram donationem dinoscitur pertinere post obitum sacerdotis, qui ad presens tenet eandem ad supplementum vestri defectus cum integritate fructuum ipsius vobis conferre de nostra gratia dignaremus; Volentes igitur reformationi Ecclesie vestre sollicite intendere cum effectu memoratam Ecclesiam post dicti obitum sacerdotis, statim sine dilationis sive respectus cuiuslibet occasione, cum eius integritate fructuum, dummodo ipsi Ecclesie preficiatur Vicarius Ydoneus & discretus per quem cura animarum nullatenus negligatur & qui nobis nostrisque successoribus ac Archi Dyacono, qui pro tempore fuerit, de iure nostro satisfaciat, ut tenetur libere retinere ad prebendarum vestrarum necessitatem & defectum supplendum, vobis liberam & gratiosam de nostri totius consen-

su

ſu Capituli concedimus facultatem. Ad huius igitur pie conceſſionis Veſtre robur & memoriam preſentes vobis literas conſcribi & Sigillorum noſtri & Capituli noſtri patrocinio fecimus communiri. Actum & Datum apud Morensheim Anno Domini M. CC. LIIII. III. Kal. aprilis, pontificatus noſtri anno octavo.

Erſt-geſagter Herr Biſchoff Heinrich hat nicht weniger dem Cloſter über das Patronat-Recht in Hürlbach a. 1255. einen Beſtättigungs-Brief in folgenden Terminis ertheilet:

In nomine Domini amen. Heinricus Dei gratia, Epiſcopus Eiſtetenſis omnibus in perpetuum noſtri paſtoralis officii cura requirit, ut eccleſias & loca religioſa noſtro ordinario examini immediate ſubiecta, libertatibus, honoribus, & ſpiritualibus gratiis favorabiliter adornemus, precipue, ne in ſpiritualibus ſeu in temporalibus depereant, providentie excubiis ſollerter invigilemus, quod ſi per noſtram non fuerit incuriam retardatum, ſpem habemus firmam quod in die Domini cum iuſtis percipiemus exinde veraciter portionem: huius rei gratia Chriſti fidelibus univerſis preſentibus atque futuris conſtare decrevimus & patere, quod Dominus *Wolfherus* & *Hedewigis* uxor ſua de *Sigeberch*, una cum pueris ſuis *Gotefrido*, *Hedewige*, *Gertrude*, *Adelheide* Jus Patronatus in Eccleſia Hurelbach, quod ad ipſos pertinebat, Monaſterio in *Wilzeburg* beatorum Petri & Pauli Principum Apoſtolorum omni

exuto gravamine liberaliter contulerunt ea intentione, quod reſiduum officiationis eiusdem Eccleſie uſibus dicti monaſterii applicetur. Nos autem caritati Laicorum & profectui monaſteriorum applaudentes, una cum conſenſu noſtri Capituli donationem ratam habemus eandem. Et quia, ut intelleximus, eadem Eccleſiola defectum hactenus in divinis paſſa eſt officiis tum propter tenuitatem reddituum eius, tum propter neglectum Laicorum. Nos id precavere in poſterum cupientes & preſumentes de bono religioſorum Zelo, quem erga Deum ſuumque Cultum habere debent - - Abbati dicti Monaſterii pro ſpeciali gratia concedimus, ut eam diſcrete faciat officiari: Salvo iure noſtro & noſtrorum qui pro tempore fuerint Succeſſorum. Ut autem huius pie conceſſionis noſtre gratia dicto abbati ſuoque Conventui maneat inconvulſa preſentes eis damus litteras noſtri & Capituli noſtri Sigillorum patrocinio roboratas. Actum & Datum in choro Eiſtet, Anno Domini M. CC. LV. quinto idus Junij, Pontificatus noſtri anno nono.

Anno 1257. confirmirte Pabſt *Alexander* der *IV.* das Jus Patronatus bey der Kirche zu Wettelsheim in dieſer Subſtanz:

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis filiis - - Abbati & Conventui Monaſterii de Wilzeburch, ordinis Sancti Benedicti, Eiſtetenſis Dioceſis, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Devotionis veſtre ſinceritas promeretur ut in hiis que digne petitis

tis ſentiatis nos ad gratiam liberales. Sane devotionis veſtre petitio nobis exhibita continebat, quod dilectus filius Philippus Ravennas tunc Lercarienſis electus & in partibus Alamannie Apoſtolice ſedis Legatus conſiderans, quod Monaſterium veſtrum per inimicos Eccleſie Romane, cui adherebatis pro viribus, erat rapinis, incendiis & alias diverſimode deſolatum vobis ut Eccleſiam in *Wetelsheim* Eiſtetenſis dioceſis, in qua Jus Patronatus habetis cedente vel decedente Rectore, qui tunc eandem Eccleſiam obtinebat in uſus proprios retinere poſſetis de venerabilis fratris noſtri - - Epiſcopi & dilectorum filiorum Capituli Eiſtetenſis aſſenſu, ſue Legationis auctoritate conceſſit congrua de illius proventibus Vicario inibi ſervituro pro ſuſtentatione ſua & iuribus Epiſcopalibus & aliis oneribus ſupportandis portione ſervata. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, quod per Legatum ipſum in hac parte provide factum eſt, ratum habentes & gratum id auctoritate Apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attemptare preſumſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Viterbii, V. Idus auguſti, Pontificatus noſtri anno tertio.

Anno 1278. wurde vom König *Rudolfo* en faveur des Cloſters Wilzburg denen vom *Conrado*

Miniſtro in Weiſſenburg deſiderirten übermäßigen und ungewöhnlichen Exactionen rühmlichſt vorgebauet, immaſſen es leider durch den Amtmann den Effect von der gerechten Misbilligung des Pabſts *Honorii* erfahren müſſen, davon bey dem Ægid. Gelenio lib. prim. hiſtoriæ S. Engelberti p. 85. folgendes zu leſen:

Si Eccleſiarum advocati ſignificatum ſui nominis attenderent, ut deberent, ſtuderent eas ob reverentiam advocati cœleſtis, cui ſpeciali titulo ſunt adſcriptæ fovere beneficiis & viribus defenſare, ſed quod dolentes referimus nonnulli eorum habentes velamen malitiæ libertatem in bonis Eccleſiaſticis in quibus advocationis ius obtinent, non ſolum prodigaliter debacchantur, verum etiam ea deripiunt ut prædones.

Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Vniverſis Romani Imperii fidelibus preſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Conſtitutus in noſtra preſentia Chuno monachus in Wilzburg, loco Abbatis & Conventus ibidem noſtre ſignificavit Celſitudini ſupplicando, ut quia Conradus miniſter in Weiſſenburg intendens poſſeſſiones ſui monaſterii novis & inſolitis exactionibus onerare, inquiſitionem ſuper hoc facere dignaremur. Nos igitur predictorum Abbatis & conventus iuſtis precibus annuentes inquiſitione prehabita diligenter plene invenimus, quod de primaria divorum progenitorum noſtrorum inſtitutione pia Abbas & Eccleſia in *Wilzburg* Miniſtro de *Weiſſen-*

Weiſſenburg pro tempore conſtituto advocatie noſtre ratione tanquam defenſori tantum decem modios avene annis ſingulis ſolvere teneantur, menſure videlicet illius loci, unde predictorum Progenitorum noſtrorum veſtigiis feliciter inherentes in favorem religionis Abbatis & Conventus dicti monaſterii de Conſilio Hartmanni Venerabilis auguſtenſis Epiſcopi dilecti Principis noſtri & aliorum Conſiliariorum noſtrorum eosdem Abbatem & Conventum nec non monaſterium in *Wilzburg* cum ſuis poſſeſſionibus ab omnibus exaccionibus perpetuo duximus abſolvendos, firmiter inhibentes, ne quis Miniſter eiusdem loci ultra ſtatutum preſumat quidquam animodo extorquere. Datum auguſte duodecimo Kal. Junij, Anno Domini ducenteſimo Septuageſimo octavo, Regni noſtri anno quinto.

BERTHOLDUS.

Dieſer Abt hatte einen Stritt mit denen Gebrüdern von Bertholdesheim ſuper quibusdam hominibus de Bertholdesheim, welchen der Herr Biſchoff *Reimboto* von Eyſtett alſo applanirte:

Nos Reimboto Dei gratia Eyſtetenſis Eccleſie Epiſcopus, notum eſſe volumus preſentium inſpectoribus univerſis, quod cum inter dilectum in Chriſto Bertholdum Abbatem de *Wilziburch*

& ſuum Conventum ex una, & Dominum Albertum dictum Wallarium de Bertholdesheim Militem & Waltherum fratrem ſuum ex parte altera ſuper quibusdam hominibus ſcilicet Wolframo & Ludewico fratribus de Bertholdesheim & Friderico dicto Toder de Rayne & eorum parentela eiusdem conditionis exiſtente, coram nobis queſtio verteretur nos tanquam Arbitratores ſeu amicabiles Compoſitores conſtituti de conſilio bonorum virorum accedente conſenſu partium auctoritate arbitratoria decidimus in hunc modum, ita videlicet quod ipſi Wallarii dictos homines nomine domini abbatis & ſui monaſterii, ſicut progenitores eorum hactenus habuerunt, manuteneant & defendant, & ab eis tam convenientia ſervitia requirant, que dicti homines valeant ſuſtinere, ordinamus etiam eadem auctoritate arbitratoria & volumus, ut cenſus debitus ac iura, que alii cenſuales eiusdem monaſterii ſolvere conſueverunt prenominato abbati & ſuo monaſterio per eosdem homines ſine diminutione qualibet annis ſingulis perſolvantur. Et ut hec tam apud ipſum abbatem & ſuum monaſterium, quam etiam apud predictos Wallarios & eorum heredes rata & firma permaneant, preſentem literam ad petitionem ipſorum conſcribi fecimus & ſigillorum noſtri ipſius abbatis & nobilis viri, dicti Bertholdi Comitis de Craisbach robore communiri. Actum & Datum Eyſtet, anno Domini M. CC. LXXX. ſecundo. VIII. Idus Junii, Pontificatus noſtri anno tertio.

Gleich-

Gleich-berührter Abt brachte zu ſeinem Gotzhaus das Jus Patronatus Eccleſiæ in Salhach:

Nos Cunradus & Hanricus fratres dicti de Salhach ad notitiam pervenire volumus ſingulorum, quod licet noſter frater Ulricus, qui ſe tranſtulit ad monaſterium Wilzburg ibidem aſſumens habitum monachalem pro hereditatis ſue parte Jus patronatus Eccleſie in Salhach cum aliis bonis à nobis receperit & transtulerit in monaſterium ſupra dictum, Abbas tamen & Conventus dicti monaſterii à nobis humiliter petiverunt ut eandem donationem per fratrem noſtrum eis factam vellemus noſtro ſigillo & litteris roborare; nos ergo, qui iuſtis petentium deſideriis annuere volumus, ut debemus in eandem donationem eis per fratrem noſtrum factam preſentibus conſentimus & hiis litteris roboramus, dantes eis preſentes litteras ſigillo Reverendi domini & patris noſtri Reibotonis Eiſtetenſis Eccleſie Epiſcopi & noſtro in teſtimonium & cautelam communitas. Actum & datum anno Domini M. CC. LXXXII. VIII. Idus Septemb.

Wiederholtem Abt *Bertholdo* händigte Herr Biſchoff *Reinboto* zu Eyſtett wegen des Juris Patronatus Eccleſiæ Parochialis in Weiſſenburg, einen Vergewiſerungs-Brief ein, und machte darinnen ein und andere Fürſehung dieſes Anlauts:

In Nomine Domini amen. Reinboto Dei gratia Epiſcopus Eccleſie Eiſtetenſis, univerſis preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino

Digitized by Google

ſempiternam. Expoſcit inter alia debitum officii Paſtoralis, ut ea, que ad uſum eccleſiaſticum ſacre religionis profectum ac divini nominis cultum pertinere noſcuntur, noſtre promotionis ſtudio continuum recipiant incrementum. Nunc igitur dilecti in Chriſto - - Abbas & conventus monaſterii Sancti Petri in *Wilzburch* ordinis ſancti Benedicti noſtre dioceſis ex donatione Imperatorum & Regum Romanorum Jus Patronatus Eccleſie Parochialis in *Weizzenburch*, & ex conceſſione Epiſcoporum Eiſtetenſium Predeceſſorum noſtrorum decimas eidem Eccleſie pertinentes in uſus prebendarum ſuarum poſſideant & poſſederint, percipiant & perceperint ex antiquo; nos tamen in favorem relligionis & affectum benivolentie, quem ad ipſum locum & perſonas gerimus ſpecialem, volentes eis de proventibus ipſius Eccleſie ampliori quodam Karitatis ſubſidio providere: de voluntate, conſilio & aſſenſu totius Capituli noſtri & aliorum, quorum intererat, interveniente etiam ſolempnitatis tractatu, qui in talibus abhiberi conſuevit, conceſſimus auctoritate ordinaria & concedimus, ordinavimus & ordinamus, providimus & providemus, ut poſtquam eandem Parrochiam in *Weizzenburch* ab honorabili viro ac dilecto in Chriſto Ottone Prepoſito Eccleſie noſtre Rectore ſeu vero Paſtore nunc ibidem vacare contingerit, ex tunc - - Abbas & Conventus predicti monaſterii communiter nobis & ſucceſſoribus noſtris perſonam iidoneam clericum videli-

Digitized by Google

delicet ſecularem in ſacerdotio conſtitutum pro vicario perpetuo preſentare ad ipſius Eccleſie Regimen teneantur, qui de proventibus ipſius Eccleſie *decem & octo libras Hallenſium* annis ſingulis, in feſto videlicet *ſancte Walpurgis*, tempore *Maii*, novem libras Hallenſium, & in feſto nativitatis beate virginis Marie proximo ſub ſequenti reſiduas novem libras hallenſium fratribus de Conventu pro ſuarum ſubſidio prebendarum exſolvat nomine penſionis: & qualibet occaſione poſtpoſita continuum in ipſa ſua Parochia cum effectu Reſidentiam faciat perſonalem, premiſſam vero *decem & octo librarum* Hallenſium penſionem per - - Abbatem & Conventum ipſius monaſterii nequaquam augmentare volumus, ut Vicarius inſtitutus ibidem de proventibus reſiduis Jura Epiſcopalia & ſedis apoſtolice ſervitia, ſi qua incumberent, exſolvere commodius valeat & honeſtius ſuſtentari. Providemus inſuper de huiusmodi penſione ipſis fratribus exſolvenda, ut ad nullos uſus alios convertatur, ſed annis ſingulis, tempore debito & ad hoc magis opportuno vinum exinde competens emi debeat & conquiri, quod per adventum & Quadrageſimam ſub moderata & competenti menſura juxta - - Abbatis & - - Prioris loci providentiam pro conſolatione fratribus miniſtretur: Et ſi quid forte ultra ipſum tempus ſupereſſe potuerit, ipſis ſimiliter fratribus aliis diebus ad hoc magis competentibus juxta conſiderationem - - Abbatis volumus miniſtrari: Decernimus etiam & preſen-

tibus ordinamus ut fratres ejusdem monaſterii per adventum & Quadrageſimam ſingulis diebus privatis, niſi feſta Sanctorum aut alia forte Canonica impedimenta obſiſtant, duas miſſas, unam videlicet pro defunctis & aliam de ipſo die propriam conventualiter debeant celebrare: has autem Conditiones, quas Canonicas, honeſtas ac licitas reputamus, cum per cultum divini nominis ampliando, principaliter & ſpecialiter ſint inſerte inviolabiliter ſine fraude qualibet volumus obſervari, decernentes ut ſi forſitan proceſſu temporis - - Abbatem & Conventum predictos primam Conditionem, quam expreſſimus, violare preſumpſerint, ut videlicet perſonam infra ſacerdotalem Ordinem conſtitutam, que reſidere non valeat, aut non velit in loco, ad ipſam preſentaverint Parochiam: ex tunc - - Epiſcopus, qui pro tempore fuerit, eidem Parrochie providendi de Vicario illa vice duntaxat plenam habeat & liberam facultatem. Si vero ab aliis Conditionibus hic inſertis ex preſumcione malicia ſeu negligentia recederent quoquo modo hoc ipſum correctioni - - Epiſcopi Eyſtetenſis, qui pro tempore fuerit, relinquimus, volentes ut juxta ſue diſcretionis providentiam emendetur; in quorum omnium evidens teſtimonium ac debitam firmitatem preſentes exinde confectas ipſis dedimus noſtro & Capituli noſtri Sigillorum munimine roboratas: Teſtes hujus ſunt, *Otto* Prepoſitus: *Gozwinus* Decanus: *Heinricus* Cuſtos: *Conradus* Oblaicus: *Arnoldus* Cantor: *Albertus Fridko*: *Ulricus Gebo-*

Gebovarius: Otto Sweppermannus: Ulricus ab *Erlengshoven: Magiſter Vlricus: Vlricus* de *Paffenhoven*, Eccleſie noſtre Canonici, & quam plures alii fide digni. Actum & datum in choro Orientali Eccleſie noſtre. Anno Domini Milleſimo, Ducenteſimo nonageſimo quarto: in Annunciatione glorioſe Virginis Marie.

Hierauf obligirte ſich der Abt Berthold und der ganze Convent, allem demjenigen, was in eben bemercktem Brief enthalten iſt, ſtet, veſt und ohnverruckt in bereitwilligſtem Gehorſam nachzuleben, folgenden Tenors:

Nos *Bertholdus* Abbas, Totusque Conventus monaſterii ſancti Petri in *Wilzburch* Ordinis ſancti Benedicti, Eiſtetenſis Dioceſis, tenore preſentium profitemur, recognoſcimus & conſtare volumus univerſis preſentibus & futuris, quod licet ex donatione Imperatorum & Regum Romanorum Jus Patronatus Eccleſie Parrochialis in *Weizenburch* & ex conceſſione Venerabilium in Chriſto Patrum & Dominorum - - Epiſcoporum Eiſtetenſium decimas eidem Eccleſie pertinentes in uſus prebendarum noſtrarum poſſideamus & poſſederimus, percipiamus & perceperimus ab antiquo: quia tamen Reverendus in Chriſto Pater & Dominus noſter *Reinboto* nunc Epiſcopus Eiſtetenſis ob anime ſue remedium & ſalutem religionis favorem & affectum benivolentie ſpecialem, quo nos & monaſterium noſtrum proſequitur, volens nobis de proventibus ipſius Parrochie, ampliori quodam Kari-

Digitized by Google

Karitatis ſubſidio provideri de voluntate, conſilio & aſſenſu totius Capituli ſui & aliorum, quorum intererat, auctoritate ordinaria conceſſit, diſpoſuit & ordinavit, ut poſtquam eandem Parrochiam in *Weizenburch* ab honorabili Viro *Ottone* Præpoſito *usque* diſcretionis providentiam emendetur: ad horum autem omnium obſervantiam nos & Succeſſores noſtros aſtringimus & literis preſentibus obligamus, in cujus teſtimonium preſentes exinde confectas noſtrorum fecimus Sigillorum munimine roborari. Actum & datum *Wilzburch* anno Domini M. CC. nonageſimo quarto in annunciatione glorioſe virginis Marie.

BERENHERUS.

UNter dieſem Abt emancipirte ſich der Amptmann und die Burger zu Weiſſenburg, von des Cloſters Güthern eine vermeyntliche Steuer zu prætendiren, worzu der Abt ſich aber nicht accommodiren wollen, folglich dieſe Controvers dergeſtalt decidiret worden iſt:

Quoniam ex variabili ſtatu hominum facta plurima oblivionis caligine denigrantur, expedit, ut ea que geruntur ab hominibus ſcripture memoriis adjuventur: ea propter nos *Vlricus* Officialis & univerſi Cives in *Weizzenpurch* notum eſſe volumus omnibus preſentis pagine inſpectoribus, quod cum inter nos & Venerabilem Dominum *Berenherum* Abbatem & Conven-

ventum in *Wilzepurch* ſuper ſolutione Steurarum ſive exactionum quarundam poſſeſſionum in *Weizzenpurch* jam dicte Eccleſie attinentium diſſenſio verteretur, eadem in Judicio coram nobis fuit taliter terminata & ſedata, quod Seniores dicte Civitatis ſuo juramento requiſiti dixerunt, quod curia villici Kunlini cum omnibus ſuis pertinentiis ab omni Steura ſeu exactione debet eſſe libera & ſoluta, ita tamen ſi poſſeſſores ejusdem poſſeſſionis mercationibus continuis, forum civitatis emptione ſeu venditione non frequentabunt, pro lucri proprii acquiſitione, ſimiliter manſus ibidem, in quo *Conradus* dictus *Dornlin* eſt, reſidens, cum ſuis pertinentiis, queſitis & inquirendis, inſuper tres aree, quas Dominus *Vlricus* & Dominus *Wijppoto*, & Dominus *Wolfherus*, tres fratres dicti de Porta, Eccleſie quondam Sororum in *Weizzenpurch* ob remedium animarum ſuarum tradiderunt, in quibus *Ludewicus* dictus *Lehenner*, & dicta *Gebhartin* & dicta *Beſoltin* ſunt reſidentes, eisdem debent juribus gaudere, nihilominus ortus in loco dicto *Volomoreſpach* eodem gaudet jure, ijmo ſi aliquis in eo reſidebit. Ut autem preſentium firma maneant & inconcuſſa acta, ſuper hijs has literas ex utraque parte ſcribi fecimus, Sigillorum venerabilis Domini *Berenheri* Abbatis & Civitatis *Weizzenpurgenſis* munimine roboratas. Hujus rei teſtes ſunt Dominus *Berenherus* Abbas: Dominus *Marquardus* Capellanus: *Vlricus* Miniſter: *Seifridus* de *Keſſelberch*: *Hainricus Rapoto*: *Hermannus Vigeler*: *Leutwinus*, *Hainricus*

ricus Notarius, *Berenherus Smelter*, & alii quam plures fide digni. Acta ſunt hec anno Domini Mil. CCC. ſecundo in octava Epyphanie Domini.

Jetztgehörter Abt extrahirte vom Pabſt *Benedicto* dem *XI.* hienachſtehende Bullam:

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio Abbati Monaſterii Sancti Burkardi Herbipolenſis dioceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem Dilectorum filiorum Abbatis & Conventus Monaſterii Sancti Petri in Wilzeburc Ordinis ſancti Benedicti, Eyſtetenſis dioceſis, precibus inclinati preſentium tibi auctoritate mandamus, quatenus ea, que de bonis ipſius Monaſterii alienata inveneris illicite vel diſtracta, ad ius & proprietatem eiusdem monaſterii legitime revocare procures, contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo: Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum & actum Lateran. M. CCC. III. -- Maij, Pontificatus noſtri anno primo.

Gleichwie der Abt *Bertholdus* das Jus Patronatus Eccleſiæ in Salhach dem Cloſter aigenthümlich erworben; alſo bemühete ſich der Abt *Berenberus* von dem Diœceſano die verbindliche Beſtättigung über ſothane Acquiſition auszuwürcken, allermaſſen folgendes Documentum hievon umſtändlich belehret:

In

In Nomine Domini Amen. Frater Philippus Dei gratia Eyſtetenſis Epiſcopus Vniverſis preſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Expoſcit inter alia debitum officii Paſtoralis, ea que ad uſum eccleſiaſticum Sacre Religionis fomentum ac divini nominis cultum pertinere noſcuntur noſtre promotionis ſtudio continuum recipiat incrementum. Cum itaque Viri providi & diſcreti Chunradus Miles & Heinricus dicti de Salhach Fratres ob anime ſue ac progenitorum ſuorum remedium & ſalutem auctoritate Dijoceſani Epiſcopi predeceſſoris noſtri, qui tunc pro tempore prefuit, & omnium aliorum, quorum intererat, aſſenſu & approbatione plenius accedente, Jus Patronatus Eccleſie Parrochialis in Salhach, noſtre dijoceſis in monaſterium beati Petri Principis apoſtolorum in Wilzburch, ordinis ſancti Benedicti eiusdem noſtre dijoceſis gratuite donationis titulo duxerint transferendum; Tenore preſentium profitemur, recognoſcimus & conſtare volumus univerſis preſentibus & futuris, quod nos eidem monaſterio ampliori quodam volentes Karitatis ſubſidio providere de voluntate, conſilio & aſſenſu totius Capituli noſtri, & aliorum, quorum intererat, interveniente quoque ſolempnitatis tractatu, qui in talibus adhiberi conſuevit, predictam Eccleſiam in Salhach cum attinentiis ſuis eidem monaſterio in *Wilzburch* nec non Abbati & Conventui ipſius in perpetuos uſus prebendarum ſuarum donavimus & donamus,

con-

conceſſimus & concedimus, tradidimus & tradimus poſſidendam perpetuo & tenendam: Ex nunc eam in prefatum monaſterium & Conventum eiusdem perpetue donationis titulo transferentes; ita tamen, quod ijdem Abbas & Conventus & quilibet ſucceſſores ipſorum Aniverſarium obitus noſtri Diem, poſtquam nos ab hac luce migrare contigerit, cum Miſſa & Vigiliis perpetuo annis ſingulis conventualiter debeant & ſolempniter celebrare, ſalvo iure viri diſcreti Chunradi ſacerdotis, nunc veri Paſtoris eiusdem Eccleſie, cui ex huiusmodi donatione noſtra nullum in vita ſua prejudicium volumus generari: adicimus inſuper & inviolabiliter decernimus obſervandum, ut poſtquam Eccleſiam ipſam ab eodem vero Paſtore vacare contigerit, ex tunc Abbas & Conventus monaſterii memorati eandem per ſacerdotem ijdoneum nobis & ſucceſſoribus noſtris preſentandum officiari procurent, cui de proventibus eiusdem Parrochie congruam exhibeant portionem, unde Jura Epiſcopalia & apoſtolicam ſolvere hoſpitalitatem pro congruencia beneficii ſervare & honeſte valeat ſuſtentari. Datum Eyſtet, Anno Domini Milleſimo Tricenteſimo ſeptimo, quarto nonas Maij.

Der Abt *Berenherus* hatte abgehörter maſſen das Meritum für ſich, daß die von dem Amtmann und Burgern zu Weiſſenburg geſuchte Steuer-Einbringung von des Cloſters Leuthen und Güthern durch einen ſolennen und kräfftigen Spruch invalidiret worden, die Promeſſe des Gegentheils

war

Ich Johanns von Hauſen, ze diſen zeiten Amtman ze Weizenburch verieh und bekenn ofenlich mit diſen gegenwertigen brif allen den, di in ſehent oder horent leſen, daz mir mein genediger Herr Keiſer Karl und Kunig ze Behaim geheizen hat mit ſeinen briſen und auch mit ſeinem Mund unter augen, daz ich den apt und daz gozhaus ze Wilzpurch ſchull lazen bleiben pey ſogetanen gewonhaten und Freihaten, als ſi von Kunigen und von Kaiſern herbracht haben, und di er in auch beſtetigt und befreit hat mit ſeinen Kaiſerlichen briſen und inſigeln, und des zu einen urkund gib ich in diſen brif verſigelt mit meinen aigen inſigel, daz doran hanget, der geben iſt, do man zalt von Criſtus geburt Triuzehen hundert iar, dornach in dem Drei und Sehtzigſten Jar an dem Lichtmestag.

Mit viel-angemercktem Abt Conrad beliebte der Abt zu Schyrn eine Confraternität, des Inhalts:

Reverendo in Chriſto Patri ac Domino Domino *Chunrado* Venerabili abbati Totique Conventui monaſterii Sanctorum apoſtolorum Petri & Pauli in *Wilzburg*, ordinis Sancti Benedicti, Dioceſis Eijſtetenſis, *Vlricus* dei providentia abbas, *Vlricus* Prior totusque Conventus Cenobii Beate Virginis marie nec non ſancte crucis in Schijrn, ordinis prefati, dioceſis Friſingenſis Salutem in Filio Virginis gloriöse. Vt inter noſtrum veſtrumque monaſterium devotionis ſinceritas, que inter nos Caritatis affectu hactenus viguit propenſius augeatur, & ut ei mutue dilectionis

ctionis deſiderio Caritatis reddamus obſequium, cui ſub eiusdem ordinis regula in hoc exilio militamus, talem inter vos & nos noſtraque monaſteria pactorum & fraternitatis ſubimus unionem, videlicet, ut ſi unus ex fratribus veſtri monaſterii per litras Commendatitias ſui abbatis ad nos miſſus fuerit, benigne tanquam unus ex nobis ſuſcipiatur & tractetur pro tempore petito, donec ſuus abbas eundem duxerit revocare, ſi autem absque litris venerit, tamdiu recipiatur, quousque reconciliari valeat ſuo Conventui ſeu Capitulo & Prelato: Pro defunctis vero abbatibus & fratribus veſtris, de quorum obitu nobis conſtiterit, in noſtro monaſterio miſſarum & vigiliarum pro quolibet ſingulariter per nos talis fiat oratio videlicet, ut eo die, quo de alicuius veſtrum erimus certificati obitu, in veſperis vigilias & de mane miſſam Campanis cantabimus ſolempniter in Conventu, & ad tres miſſas privatas tenebitur quilibet Sacerdos cum reliquis orationibus conſwetis & bonis, volumusque aſtringi & ligari ad omnia & ſingula predicta, ſi vos in omnibus & ſingulis parem nobis & noſtris vicem & Similitudinem faciatis: in cuius fraternitatis evidentiam preſentes vobis transmittimus littras munimine ſigillorum noſtrorum fideliter roboratas, datum anno Domini milleſimo Trecenteſimo Sexageſimo nono, in translatione Sancti Benedicti.

Nicht minders offerirte dergleichen Confraternität der Abt Albrecht zu Werde:

Reverendis in Chriſto Patribus, Dominis & amicis noſtris cariſſimis, *Chunrado* Abbati, totique Conventui monaſterii ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli in *Wilzpurk*, ordinis ſancti Benedicti, dioceſis Eyſtetenſis, *Albertus*, divina permiſſione abbas, totumque Collegium fratrum Eccleſie ſancte crucis in *Werdea*, ordinis eiusdem, dioceſis auguſtenſis, cum ſincera caritate & affectu Salutem in Filio virginis glorioſe. Cum ſecundum apoſtolum caritas ſit vinculum perfectionis, quo membra ſingula in corpore ſancte Eccleſie ſibi invicem coniunguntur & Chriſto ſuo capiti ſolidius uniuntur ad participandam ab ipſo & in ipſo ſpiritualium influentiam gratiarum, proinde tanto liberalius & libentius ſinum Caritatis expandimus & in ampliande confraternitatis conſortium dilatamus quanto ad participationem huiusmodi ſalubrius & efficatius capiendam anhelamur: unde religionis nec non honeſtatis veſtre fama illecti propenſius & adtracti ſpiritale mutue confraternitatis vinculum inter noſtras Eccleſias contrahi & haberi cupientes omnium ſuffragiorum & bonorum in orationibus, vigiliis, Jejuniis & Elemoſinis, que favente Domino in noſtra fiunt Eccleſia, vobis & veſtris confratribus preſentibus & futuris in vita pariter & in morte preſentium teſtimonio Conſortium plenum damus, ſtatuentes etiam & toto devotionis ſtudio confirmantes, ut omnes fratres veſtre Eccleſie, ſi cum literis commendatitiis ſeu obedientie ſui Prelati deſtinati ad noſtrum monaſterium pervenerint, ibidem à nobis

bis tanquam noſtri confratres benigne colligantur & benignius pertractentur, nobiscum quamdiu per obedientiam manere voluerint aut permiſſi fuerint in divina laude Domino ſerviturі plenam habeant perceptionem prebende noſtre in omnibus ſolatiis generalibus ſpecialibus & particularibus, quemadmodum noſtri fratres, & ſi qui de noſtris fratribus ad vos pervenerint, ſimiliter pertractentur & ibidem tamdiu remaneant, quousque litteris ſui Prelati revocentur. Sin autem absque eisdem litteris venerint, tam diu recipiantur, quousque reconciliari valeant ſuo Conventui ſeu Capitulo & Prelato: ſtatuimus etiam firmiter à nobis noſtrisque Succeſſoribus inviolabiliter obſervandum, ut omnium fratrum veſtrorum preſentium & futurorum, quorum apud nos obitus notuerit, tanquam ex nobis decedentium, habeatur memoria in conſwetis officiis defunctorum. Ad ſupra dicta autem univerſa & ſingula aſtringi volumus & ligari, ut ſimile nobis caritatis obſequium fiat, & quod vobis impendimus, nobis cum omnibus conditionibus preſcriptis vice verſa rependatis. Et ne in futurum à nobis ſive à noſtris ſucceſſoribus huiusmodi contracte fraternitatis unio valeat aliqualiter aboleri, preſens inſtrumentum exinde confectum ad perpetuam rei memoriam noſtris ſigillis duximus roborari, actum & datum ſub anno Domini Milleſimo Tricenteſimo ſeptuageſimo ſecundo in die ſancti Oswaldi Regis & martiris.

Digitized by Google

Unter diesem Abt Chunrad erfolgte gegenwärtige Stifftung:

Wir Conrat von Gottes Gnaden, Abt des Closters zu Wülzburg und der Convent gemeinlich daselbst, verjehen und tun kunt ofenlich mit dem brif allen den, di in sehen oder hören lesen, das Frau Cathrina von Lenzzenau zu Weisenburg gesetzen, mit guter Vorbetrachtung und gesunden Leib und mit irer Freund Rat recht und redlich geben hat, mit guten brifen, mit irem eigen Insigel und mit des Tewtschenhaus insigel zu Ellingen, und mit bestetbrifen zweier Landgericht zu Graisbach und zu Hirschperg, Got zu Lob und zu Eren, und ir Sel und irs Wirts seligen, und aller ir vorfordern Sel zu hilf und zu trost iren hof und lehen zu Waltungen gelegen, das der Cunz Rosch zu disen Ziten in Erbsweise besizt und pawet, und das gilt ierlich zu gult XXV. Mezen Korns, und das soll allzeit an dem dritten iar lauter rogg sein, und als vil habern und zwen mezen gersten, alles Weisenburger mes, und anderhalb pfunt haller zu Wisgeld und zweinzig Wisetkes, und funf herbsthuner und zwei Vasnachthuner unserm Closter zu Wülzburg und unserm Spital zu Weisenburg in der Vorstad bei dem Clösterlin, das wir in nuz und in gewehr inhaben und di obgenanten gut mit der gult und mit aller Zugehorung soll unser vorgenant Spital furbas ewiclichen haben und nyßen fur aigen, besucht und unbesucht, zu dorf, zu veld mit allen gewonhaiten, rechten, dinsten, gulten, nuzen und eren, als si si wol dreysig iar herbracht hat, in nuz

und

und gewer ausgenomen das si in der Herrschafft von Haidek gericht ligen. Es ist auch zu wißen, das wir oder unser nachkommen furbas ewiclich von den obgenanten guten sullen haben ainen ewigen Sigen in dem vorgenanten Spital, der weder plind noch lahm sei, so man in einnimt, misling im aber in dem Spital, des soll er kein geltnus haben, und den soll man verwesen mit allen Sachen, als di andern, di vor in den Spital sein, und wan das abget, so soll ain Spitalmeister, der dan do ist, ain anders stellen, alsbald in vierzehen tagen ungeuerlich. Es sollen auch zween Priester, di do sein, alle montag ain Selmes haben, auf aller Selaltar in dem Clösterlein gesungen oder gesprochen, oder in derselben Wuchen, ob es ain hailiger tag irret ongeverd, und wan ir iartag ist, den soll man begeen mit ainer gesungenen vigilien und mit ainer gesungen mes und mit drewen gesprochen messen in dem vorgenanten Clösterlein und Spital, und der Sel gedencken und Kerzen aufzunden als gewonlich ist, und den Sigen in dem offtgenanten Spital soll man desselben tags geben zu ir gewonlichen pfrund ain Eßen von vischen oder von Flaisch und ain halb mas Weins und ain Semeln; wer auch ob ain Spitalmaister oder wer des Spitals Pfleger wer an der wayl in obgenanten Sachen sawmig wer den soll ain abt zu Wülzburch zu Red sezen und darzu weisen und nöten, das er alles solfurt wurt, als es obgeschriben stet ongeverd: wer aber ob ain Abt und ain Spitalmaister bed sawmig weren in den obgenanten Sachen, so haben di Burgermaister

von dem Rat zu Weisenburg den gewalt, das sy ainen Spitalmeister sollen und mogen weisen dazu, doch in beschaidenheit, da es solsurt werd, als es obgeschrieben stet, ongeverde. Wolt aber ain Spitalmaister sich nit keren an ain beschiden weisung und mainung und volt in fresel on not das nicht volsurn, als obgeschrieben stet ongeverd, so sollen di obgenanten Burgermaister ain iar nuz von den vorgenanten guten engen und irren als lang bis es solsurt wurd, als vorgeschriben stet, und wen es Spitalmaister solsurt, so soll In nymands kain Irrsail tun. Es soll auch ain Spitalmaister surbas alle iar ewiclich ain pfunt haller gelts, als er es von den genanten guten nimt, geben in unser obley gen Wilzburg, davon man alle iar ewiclich ain Jartag begen soll in unserm Convent zu Wülzburg, als gewönlich ist, der Herschafft von Haydek, di uns und unserm obgenanten Spital di vorgenanten gut geaygent haben, und des alles zu waren urkund und Sycherhait geb wir den brif versigelt mit unsern baiden insigeln di daran hangen, der geben ist, do man zalt von Cristus gepurt dreuzehenhundert und darnach in dem siben und sibenzigisten Jaren an dem negsten Dorstag nach dem Pfingstag.

Bey viel-ernanntem Abt Conrad suchte auch der Abt Otto in Castello eine Confraternität:

In nomine Domini amen. Nos *Otto* permissione divina abbas, *Chunradus* Prior totusque Conventus monasterii beati Petri in Castello, ordinis sancti Benedicti, Eystetensis diocesis, omnibus

bus presentes nostras litras inspecturis salutem & sinceram in Domino Caritatem: Cum omnes unum corpus simus in Karitate Christi, sicut ait apostolus & ad invicem membra, consequens est, ut sicut eiusdem corporis organa mutue compassionis & alterne servitutis auxilio sublevantur, ita nos si ad, caput principiumque nostrum referri volumus, alter alterius onera portare debemus, legem Domini pio caritatis studio impleturi, apostolicis igitur monitis informati, Reverendi in Christo Patris & Domini Domini *Chunradi*, Dei gratia, venerabilis abbatis Monasterii beatorum apostolorum Petri & Pauli in *Wilzpurch* eiusdem professionis & diocesis suique Conventus piis petitionibus annuentes inter ipsum monasterium iam dictum & nostrum mutue fraternitatis unionem de communi consilio & consensu decrevimus contrahendam & futuris temporibus inviolabiliter observandam; statuentes & toto devotionis studio confirmantes, ut omnes fratres eiusdem loci, si cum literis obedientie suorum Prelatorum destinati ad nostrum monasterium pervenerint, ibi tanquam fratres à nobis nutriti vel indigene benigne colligantur & benignius pertractentur nobis. Cum quandiu per obedientiam manere voluerint seu permissi fuerint in divina laude Deo servituri plenam habentes perceptionem prebende, in omnibus solatiis generalibus, specialibus & particularibus, quemadmodum nostri fratres; si vero quisquam fratrum predictorum sine literis sui Prelati causa tantum solatii sive consolationis

ad nos venerit, per unum vel per duos menſes pie recipiatur, quousque reconciliari poſſit, plenam prebendam & ſolatia emergentia percepturus. Statuimus etiam firmiter à nobis & noſtris Succeſſoribus obſervandum, ut omnium abbatum ac fratrum predictorum, quorum apud nos obitus innotuerit, tanquam ex nobis decedentium, habeatur memoria, in conſuetis pulſacionibus & officiis defunctorum hoc ſuperaddito, ut pro defuncti ſalute quilibet fratrum tres miſſas habeat pro defunctis, cum totidem corporalibus diſciplinis, alii autem inferiorum ordinum, unum pſalterium & tres diſciplinas, converſi vero centum quinquaginta pater noſter, cum tribus etiam diſciplinis; hijs omnibus ſic aſtringi volumus, ut ſimile nobis fiat caritatis obſequium in monaſterio memorato, & quod ipſis impendimus, nobis cum omnibus conditionibus hic expreſſis equaliter rependatur. Ne autem in poſterum à noſtris Succeſſoribus fraternitas predicta poſſit aliquo modo aboleri, preſens privilegium noſtris Sigillis ad perpetuam memoriam fecimus communiri. Datum in Caſtello, anno Domini milleſimo Trecenteſimo ſeptuageſimo octavo, die viceſima octava Menſis Septembris.

HEINRICUS.

Jeſem bezeugete Pabſt *Bonifacius IX.* Anno 1393. hienachſtehende Gnade:

Bonifacius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis

dilectis filiis Abbati & Conventui monaſterii in *Wülzburg*, ordinis ſancti Benedicti, Eyſtetenſis Dioceſis, ſalutem & apoſtolicam Benedictionem. Autoritatis ſedis apoſtolice proprium eſt veſtris preſentium precibus gratam benivolentiam impertiri, ea propter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates & immunitates à Predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſive per privilegia ſive alias Indulgentias vobis & monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus & Principibus ac aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis & monaſterio veſtro prefato indultas, ſpecialiter autem predia que poſſidetis & quiete vobis & per vos eidem monaſterio noſtra auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum Sept. Kal. Junii Pontificatus noſtri anno quarto.

Dieſem Abt begegnete das Unglück, daß Er von ſeinen eigenen Conventualen ermordet worden, nach Handleitung eines Documenti ſub dat. anno Domini M.CCC.LXXXXVI. in die beati Othaniari abbatis.

VDAL-

VDALRICVS.

DIeſem Abt wurde vom Pabſt *Bonifacio IX.* Anno 1397. die Befugnuß auf die Kirchen zu Weiſſenburg, Hauſen und Wetelsheim beſtättiget:

Bonifacius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis filiis abbati & Conventui monaſterii in *Wilzburg*, ordinis Sancti Benedicti, Eyſtetenſis dioceſis, Salutem & apoſtolicam benedictionem. Sacre Religionis, ſub qua devotum & ſedulum exhibetis altiſſimo famulatum promeretur honeſtas, ut votis veſtris illis preſertim, per que veſtris veſtrique monaſterii commoditatibus conſulitur, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Sane petitio pro parte veſtra nobis nuper exhibita continebat, quod olim in *Weiſſenburg* & in *Hawſen* & in *Wettelsheim* Eyſtetenſis dioceſis, Parrochiales Eccleſie, que de Jure Patronatus dicti monaſterii exiſtebant prout exiſtunt ex certis rationabilibus cauſis & potiſſime in relevamen onerum eidem monaſterio incumbentium ipſi monaſterio auctoritate apoſtolica in perpetuum unite annexe & incorporate, ac in eis perpetue vicarie inſtitute canonice exſtiterint congruis portionibus pro perpetuis vicariis earundem Eccleſiarum pro tempore inibi inſtituendis & Domino perpetuo ſervituris, de fructibus, redditibus & proventibus dictarum Eccleſiarum, de quibus idem vicarii congrue ſuſtentari, Epiſcopalia iura ſolvere & alia

ſibi

ſibi incumbentia onera valerent ſupportare nichilominus reſervatis vosque & predeceſſores veſtri in dicto monaſterio Eccleſias prefatas unionis, annexionis & incorporationis huiusmodi vigore aſſecuti illas ex tunc à tanto tempore, cuius contrarii memoria hominum non exiſtit, tenuiſtis & poſſediſtis prout vos tenetis & poſſidetis pacifice & quiete. Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat littere ſuper huiusmodi incorporatione conſecte dudum ignis incendio in dicto monaſterio caſualiter fuerint concremate, vosque propterea dubitatis ſuper Eccleſiis predictis poſſe in poſterum moleſtari, pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Eccleſias prefatas eidem monaſterio de novo unire, annectere & incorporare de benignitate apoſtolica dignaremur, nos igitur huiusmodi ſupplicationibus inclinati, unionem, annexionem & incorporationem predictas & quecunque inde ſecuta, rata habentes & grata, eaque auctoritate predicta confirmantes Eccleſias predictas, quarum quadraginta cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis eidem monaſterio, cuius quinquaginta marcharum argenti fructus, redditus & proventus ſecundum communem extimationem valorem annuum, ut aſſeritur, non excedunt, eadem auctoritate de novo in perpetuum unimus, annectimus & incorporamus, ita quod ex nunc liceat vobis corporalem poſſeſſionem dictarum Eccleſiarum de novo libere apprehendere ac perpetuo licite retinere, alicuius licentia ſuper hoc minime requiſita prefatis congruis

por-

portionibus dictis earum vicariis nunc & pro tempore exiſtentibus, ut prefertur, reſervatis: non obſtantibus Conſtitutionibus apoſtolicis contrariis quibuscunque, ſeu ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales apoſtolice ſedis vel Legatorum eius litteras impetrarint etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & Decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem litteras & proceſſus eadem auctoritate habitos vel habendos ad prefatas Eccleſias volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari & quibuslibet privilegiis, indulgentiis & litteris apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per que preſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri & de quibus quorumque totis tenoribus ac de verbo ad verbum habenda eſſet in noſtris litteris mentio ſpecialis. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper hijs à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre unionis, annexionis, incorporationis, voluntatis & conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare preſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum, datum Rome apud Sanctum Petrum III. non. maij, pontificatus noſtri anno octavo. Mit

Mit dem Abt Ulrich ambitte der Abt Leonhard zu Weyhenſtein eine Confraternität:

Reverendo in Chriſto Patri ac Domino, Domino *Vdalrico*, Venerabili abbati totique Conventui monaſterii Sanctorum apoſtolorum Petri & Pauli in *Wilzpurk*, ordinis Sancti Benedicti, Eyſtetenſis dioceſis, *Leonhardus*, Dei gratia, abbas totusque Conventus monaſterii Sancti Michahelis archangeli in *Weijhenſtein* ordinis ejusdem, Friſingenſis dioceſis, cum orationibus devotis ſinceram in Domino Karitatem. Ne amicitia inter nos & vos, noſtrum & veſtrum monaſteria à longe retrolapſis temporibus habita & contracta per nos diſſipetur vel ſubcumbat, ſed potius à nobis ex nunc in antea innovetur & propenſius augeatur, fraternitatem veram Karitatemque perfectam tam in vita quam poſt mortem ſub infra ſcripta pactione & unione duximus pro nunc una vobiscum contrahendam & perpetuis temporibus inviolabiliter obſervandam, videlicet, ut quicunque de fratribus monaſterii veſtri prefati cum litris Commendatitiis ad nos dum venerint & deſtinentur omni tempore tanquam nutritii & indigene monaſterii noſtri pretacti teneantur. Si qui vero de noſtris & monaſterii noſtri monachi ad vos cum eiusdem litris venerint aut dirigantur, ſimiliter pertractentur, & ibidem tamdiu remaneant, quousque litris ſui Prelati revocentur: Sin autem absque eisdem litris venerint, tamdiu recipiantur, quousque reconciliari valeant ſuo Conventui ſeu Capitulo & Prelato. Pro defunctis vero abbatibus

Digitized by Google

bus ſive fratribus, de quorum obitu conſtiterit, & certificati fuerimus pro quolibet eodem die in veſperis vigilias ex integro & de mane miſſam pro defunctis, pulſatis Campanis, cantabimus devote & ſolempniter cum conventu cum reliquis, conſuetis ſuperadditis orationibus & operibus pietatis; volentes nos firmiter aſtringi & ligari ad univerſa & ſingula prenotata, ſi vos meis omnibus & ſingulis parem nobis & noſtris & ſimilem viciſſitudinem faciatis. Pro vobis autem Domine *Vdalrice* in morte veſtra in Miſſis & vigiliis & orationibus omnia faciemus, que pro abbate noſtri monaſterii apud nos fieri ſunt conſueta, in quorum omnium evidens teſtimonium & memoriam preſentes vobis tradidimus litras, ſigillorum noſtrorum appenſione roboratos, datum & actum in Weyhenſtein, feria tertia proxima, ante feſtum ſancti Thome apoſtoli anno Domini milleſimo, Tricenteſimo nonageſimo nono.

Dieſer Abt erhielte vom Pabſt *Bonifacio IX.* Anno 1404. folgende Bullam:

Bonifacius Servus Servorum Dei dilecto filio abbati Monaſterii Sancti Burcardi Herbipolenſis Dioceſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem, dilectorum filiorum abbatis & Conventus monaſterii Sancti Petri in *Wulceburch*, ordinis Sancti Benedicti Eyſtetenſis Dioceſis precibus inclinati preſentium tibi autoritate mandamus, quatenus ea que de bonis ipſius Monaſterii alienata inveneris illicite vel diſtracta ad ius & proprie-

prietatem eiusdem monaſterii legitime revocare procures. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum Rome apud Sanctum Petrum XII. Kal. apr. Pontificatus anno quinto decimo.

Mehr-bedeuteter Abt permutirte die Capelle zu Ellingen an die Pfarr Lenckersheim:

Ich Bruder Wolfram von Eglofſtein, zu den ziten Commenthur zu Ellingen und Pfleger der Balij zu Franken, und wir di andern Bruder gemeinclichen des tutſchen Hus zu Ellingen Tutſchordens, bekennen ofenlichen mit diſen brif fur uns und alle unſer nachkomen allen den, di diſen briſe anſehen, leſen oder horen leſen, das wir mit guter vorbetrachtung unverſcheidenlichen und mit rate unſer liben Herren Geiſtlicher und Werntlicher, und aller der di dazu gehoren, recht und redlichen eins wechſels ubereynkommen ſein, von beſunders nuz wegen unſers gozhus zu Ellingen, mit den Erwürdigen und geiſtlichen Herren, Herr Ulrichen zu den ziten von Gotes genaden apt zu Wilzpurch des Cloſters und mit dem Convent gemeinclichen deſſelben Cloſters von ir Capellen wegen zu Elling genant zu Sant Jorigen und von des zehenden wegen daſelbs, der zu der obgenanten Capellen gehort, in dem obgenanten dorf und von des kleinen zehenden wegen zu dem Walkershofe

und auch zu der mutelmule, und waz kleins zehendens zu der obgenanten Capellen von alter her gehort hat und ſunderlichen von der zweier mut (*) wegen, einer mut lauters Korns, einer mut habern, di ſi haben vf vnſerm hus zu Ellingen, fur den großen zehenden zu den Walkershof und zu der mutelmule, der gehort in und ir pfarr zu, mit ſolchem gedinge, dos wir ijn di obgenanten Capellen mit ſamt iren vorgenanten nuzen abwechslen und widerlegen mit der Kirchen und guten, als hie hernach geſchriben ſtet: Item des erſten iſt gered, und getedingt worden, das wir ijn di Pfarr zu Lenkersheim, gelegen by Winshen, darinne Sant Johanns Baptiſta ein Patron iſt, in ir hand bringen ſullen zu rechter Lehenſchafft, alſo daz ſi und ir nachkomen, di furbas ewiclichen zu rechter Lehenſchafft leyhen ſullen on aller krank und hindernus unſers Herrn von Wurzburg und aller ſeiner nachkomen, in der Biſtum di obgenante Pfarre gelegen iſt, dazu ſullen wir yn di vorgeſchriben zwu mut wider ablegen und abwechſeln mit dem hof zu Hurlbach, da Heinz minnerlin uffſizt, der ierli-

(*) **Mut.**) 1. Mut hält, laut Saalbuchs über das Amt **Klüglingen** d. a. 1532. ſechzehen Metzen in allerhand Getraid. **Mut** iſt ſo viel als *mutti*, *müdde*, quod menſuræ genus denotat teſte Somnero in Diction. Germaniæ Infer. Es bedeutet auch ſo viel als *mitta*. *Henricus Spelmannus* in Gloſſar. Archaiolog. pag. 415. *mitta* à Sax. *mizzen* i. *menſura*. Luc. 16. 7. hunomizenay hpætey centum menſuras tritici. Lib. Rameſ. MS. Sect. 38. & 143. Ego Wulfrun ſingulis annis vitæ meæ ad Feſtum S. Benedicti, quod eſt in æſtate decem mittas de braſio & quinque mittas farinæ triticeæ pro reſpectu annuo procurari decerno.

Digitized by Google

ierlichen gilt ein mut luters Korns, ein mut habern Weyſenburger mes, anderthalb pfund haller, vir unt zwainzig Keſe, zwu gens und zwu vasnachthuner, und der ſein Erbe iſt, und der furbas ir und irs gozhus lauters eygen ſein ſol, auch ſullen wir In widerlegen drei Reiniſch gulden gelts fur die kleinen zehenden und teglich nüze, di zu der vorgenanten Capellen zu Sant Jorigen gehoren und virzig pfenig, di ſi uf unſerm hus haben, uf allen den guten, di wir haben zu Smalwiſen by Weyſenburg gelegen, mit namen uf des Kneuslins hof, der ierlichen gilt ein mut Roken, ein mut habern, achtzehen Keſe, zwu vasnachthuner und zehen pfenig, mit ſolichen gedinge, das ſy di vorgenanten drey Reiniſch gulden und virzig pfenig unverſcheidenlichen uf den gut und hof haben ſullen, und erſt werer ſein ſullen; wenn wir aber di vorgenanten drei gulden und virzig pfenig von ijn abloſen oder wechſeln wollen, daz mugen wir wol tun, alſo das ſy der haben und gewis ſind uf andern guten, di eijgen ſein: auch mugen wir di obgenanten drei gulden wol von ijn abloſen, ye einen gulden um zweinzig, und di virzig pfening um funf gulden, das macht alles funf und ſechzig gulden, wann wir wöllen, und wan das alſo geſchicht, ſo ſullen di vorgenanten gut zu Smalwiſen von yn ledig und loſe ſein. Es iſt auch ſunder beredt worden, das ſi iren vollen willen ganz und gar zu den vorgenanten wechſel tun und wenden ſullen, wi wir des von ijn und andern gelerten Leuten unterweiſt werden; des erſten gen unſern Herrn von Eyſtet, das ſi und ir Convent ſullen verſchreiben und ver-

ſigeln, das der wechſel ir guter will und wort ſei, und wi unſer Herr von Eyſtet das furbas an unſern Heiligen Vater den Bapſt ſchreibt, darnach mugen wir uns der brif wol underzihen und underwinden: mer iſt gered worden, das wir yn und iren nachkomen di obgeſchribener wechſel Confirmation von unſerm heiligen vater dem Bapſt, von unſerm genedigen Herren dem Konig, und von unſerm genedigen Herren dem Biſchof von Eyſtet brif ſchiken und antworten ſullen, das der wechſel ir gunſt, will und wort ſein ſulle, von ydlichen haubt, als ym zugeburt, und diſelben brif ſulln wir yn und iren nachkomen in ir gewalt bringen und antworten an ir koſte und arbeit on geverde: und des zu einer beßern und merern ſicherheit, ſo haben wir yn zu rechter geyſel und vorpfand ingeſezt alle di gult, gut und recht, di wir haben, mit namen zu Meyſenbach und zu Hurlbach mit ſolichen unterſchaid, ob unſer Herre von Eyſtet ſeinen ganzen willen dozu gebe, und daz unſer heiliger vater der Bapſt daz confirmirt und beſtetiget, und daz unſer genediger Herr der Konig ſeinen vollen willen und gunſt dozu tet: und wir yn diſelben brif nit antwortent in iren und in irer nachkomen gewalt in aller der mos, als vorgeſchriben iſt on geverde, ſo ſullen di obgenanten vorpfand ir und irer nachkomen ſein und di inne haben gerüelichen, und nuzen und nyſen als lang, bis Jn ir Schaden widerkert werden, ob ſy des ſchade heten genomen von der Sache wegen on geverde: wer auch ſach ob der vorgenant wechſel gebrechen gewinne, es wer an unſern Herrn von Eyſtet, an unſerm heiligen vater

vater dem Bapſt oder an unſerm genedigen Herrn dem Konig, alſo das wir yn di brif nit gevertigen mochten, als obgeſchriben ſtet, ſo ſolte der wechſel auf beid tail abſeyn, ydlichem teil onſchedlichn on geverde, und ſolten uns unſre gut und unſer nachkomen von yn ledig und loſe ſein on geverde: ſi ſullen auch ſi noch ir nachkomen noch nymand anders von iren wegen uns in unſren wechſel keinen krank noch irrung tun, noch ſchafen zutun mit kainerlei gerichten, geiſtlich noch werntlich, und ſunſt auch nit on recht on alles geverde, und wir ſullen in di vorgenante Kirchen und gut ufrecht und habend machen, wenn der wechſel beſtetigt wirdet, und desgleichen ſullen ſi uns widerum auch tun, und warm der wechſel alſo beſtetigt und volfurt wirt, ſo ſullen uns unſere pfand und vorgeſchriben gut ledig und loſe ſein. Wir ſullen in auch alle obgeſchriben brif und artikel volfurn ee das wir uns der Kirchen zu Sant Jorigen underwinden mit den vorgenanten nüzen. Wer aber das Sach, das wir oder unſer nachkomen uns der Kirchen zu Sant Jorigen underwinden anders dan vorgeſchriben ſtet, ſo mugen ſi und ir nachkomen ſich an unſre vorgeſchriben vorpfand wol haben in aller der mas, als obgeſchriben ſtet: Wir ſullen in auch von unſerm heiligen Vater dem Bapſt brif bringen und ustragen, das ſi und ir pfarre zu Weiſſenburg von der obgeſchriben Separation wegen fur zukunftig Einfell und Irrung furbas an allen krank und Irrung ſein ſullen ongeverde: wer aber ſach, das wir in di obgeſchriben Sach und artikel alle verſchriben brechten und antworten,

und das ſi und iren Convent deucht, das ſi damit nit beſorgt, noch daran habend weren, ſo ſollen ſi unſern genedigen Herren Burggraf Friedrichen Burggraf zu nurnberg uf beyd teil bitten, das er zu Im uf beyden teilen gelert Leute neme, und wi ſi anſer obgenanter Herr darus richt, und ſi heiſt habend ſein, da ſoll ſi wol an benugen und daby beleiben, des geleichen ſollen wir yn hinwider tun, und das daz alles war und ſtet beleib und unzerbrochen, des gib ich obgenanter bruder Wolfram von Eglofſtein LandCommenthür, und wir di andern bruder gemeinclich des obgenanten Tutſchen Hus zu Ellingen Tutſchordens diſen brif fur uns und all unſer nachkomen den Erwirdigen und geiſtlichen Herren, Her Ulrich von Goz genaden apt des Cloſters zu Wilzpurg vorgenant und dem Convent gemeinclichen deſelben Cloſters und all iren nachkomen verſigelten mit der Balij inſigel, daz ich obgenanter Bruder Wolfram von Eglofſtein in meinem Ampt zu diſen ziten brauch, und auch mit unſers obgenanten Tutſchen Hus zu Ellingen anhangenden Inſigele, der geben war, da man zalt von Chriſti geburt, virzehenhundert iar und darnach in dem ſechſten iare an dem negſten Freitag vor dem Suntage, ſo man ſinget Jubilate Deo &c.

Hierauf ſind nachgeſetzte Conſens-Briefe erfolget:

Fridericus Dei & apoſtolice Sedis gratia Sancte aureatenſis alias Eyſtetenſis Eccleſie Epiſcopus, Sacroſancte moguntine ſedis ArchiCancellarius,

larius, Vniverſis Chriſti fidelibus ſalutem & ſinceram in Domino Caritatem cum notitia ſubſcriptorum, gratum nos Deo indubie credimus obſequium impendere cum ſacris Deo dicatis locis & maxime monaſteriis & perſonis religioſis Domino devote & ſedule ſervientibus, quibus multus favor debetur in hijs, que eorum reſpiciunt commodum & utilitatem noſtre promotionis ſubſidium favorabiliter impertimur; nuper quidem venerabilis frater, *Vlricus* abbas, *Georius* Prior Totusque Conventus monaſterii in *Wilzburg*, ordinis Sancti Benedicti, noſtre dioceſis, ex certis & rationabilibus cauſis eos ad hoc moventibus & coram nobis ad plenum expoſitis ſupplicatum humiliter & devote, quatenus Eccleſias Parrochiales Sanctorum andree ſitam in oppido *Weijzzenburg*, & Georii ſitam in villa Ellingen noſtre dioceſis ſupra dicte, quarum altera alteri, proutali. Qualis rumor plebis commemorat, tanquam Eccleſia filialis ſubeſſe dicatur, & quarum collatio, proviſio & preſentatio ad abbatem & Conventum prefatos ſpectabant & ſpectant de iure & antiqua conſuetudine effectualiter obſervata ex officii noſtri auctoritate ab invicem abſolvere ac dividere dignaremur. Nos igitur ipſorum precibus tanquam iuſtis & rationabilibus in hac parte condeſcendere cupientes prefatas Eccleſias ſanctorum andree & georii priſcis temporibus inſimul, ut dicitur, modo premiſſo ſociatas auctoritate noſtra ordinaria ab invicem abſolvimus, ſtatuentes & decernentes tenore preſentium, dictas Eccleſias

fore & esse ab invicem perpetuis temporibus absolutas, ita quod de cetero quelibet Ecclesiarum predictarum per se & principaliter sit & permaneat Ecclesia Parrochialis ita tamen quod decime maiores annuatim provenientes de quadam Curia villicali vulgariter appellata *Walkersbof*, ac molendino dicto *Muttelmul* sitis infra limites dicte Parrochie beati georii in Ellingen, nihilominus spectent & spectare debeant ac persolvi singulis annis perpetuis temporibus Ecclesie sancte andree supra dicte prout illic solvi hactenus consweverunt, demum venerabilis frater *Vlricus* abbas, *Georius* prior, totusque Conventus monasterii *Wilzpurg* supradicti conventualiter & capitulariter in unum congregati ac matura deliberatione prehabita & unanimi consensu ex una, ac religiosus vir frater *Wolframus* de *Eglofstein* pro tunc Provincialis Commendator Domorum Balije per provincias Franconie, Swevie & Bavarie constitutarum ordinis hospitalis sancte marie in Jherusalem: nec non Commendator ac fratres domus in Virnsberg ordinis sancte marie supra dicte, similiter inter se matura deliberatione prehabita parte ex altera, & certis & rationabilibus causis ipsos utrinque moventibus coram nobis dudum propositis & allegatis decreverunt ac deliberaverunt ad invicem velle permutare, ac etiam permutaverunt Ecclesias Parrochiales Sanctorum Georii, sitam in villa Ellingen supra dicte nostre diocesis, cuius collatio, provisio & presentatio spectabat ad venerabilem patrem abbatem & Conventum monasterii

ſterii *Wilzburg*, ut prefertur, & *Johannis Baptiſte* ſitam in Lenggersheim prope Windsheim, Herbipolenſis dioceſis, cuius collatio, proviſio & preſentatio olim ſpectabat ad Provincialem ac Commendatorem & fratres domus Virnſperg ſupradicte, ita videlicet quod de cetero dictis Eccleſiis Sanctorum Johannis Baptiſte in Lenggersheim & Georii in Ellingen vacantibus, aut earum altera vacante collatio, proviſio & preſentatio dicte Eccleſie Sancti Johannis Baptiſte ſpectare debeat & ſpectet ad ſepefatum venerabilem fratrem abbatem & Conventum monaſterii *Wilzburg* ſepedicti; Et collatio, proviſio & preſentatio predicte Eccleſie ſancti Georii de cetero ſpectare debeat ac ſpectet ad Religioſos viros, Provincialem Balije ac Commendatorem & fratres domus Ellingen predictorum pro tempore exiſtentes facta tamen hinc inde debita ac rationabili recompenſione fructuum & reddituum Eccleſiarum ſanctorum Johannis Baptiſte & Georii predictarum, prout in Litris autenticis per dictos compermutantes deſuper confectis plenius continetur: Tandem vero permutatione prefata inter dictos compermutantes ſollempniter ac rite celebrata, ut prefertur, venerabilis frater abbas & Conventus monaſterii in *Wilzburg*, ac religioſus Vir frater *Wolframus* Provincialis ac Commendator & fratres Domus in Virnſperg ſupradicte nos ſupplicarunt prece humili & condigna, quatenus prefatam permutationem inter dictas partes rite celebratam approbare, confirmare & collaudare dignaremur. nos

igitur *Fridericus* Episcopus supradictus hujusmodi supplicationi pium prebentes assensum ad diligentes preces ipsorum supplicantium & ob alias causas iustas & rationabiles animum nostrum ad hoc moventes, prefatam permutationem Ecclesiarum Sanctorum Johannis Baptiste & georii modis premissis inter dictos compermutantes rite & rationabiliter celebratam auctoritate nostra ordinaria in quantum nostri interest approbamus, ratificamus, collaudamus & presentibus confirmamus: Postremo vero premissis omnibus & singulis taliter perpetratis, Religiosus vir frater *Wolframus* Provincialis ac Commendator & fratres domus in Ellingen, ordinis sancte marie supra dicti dudum provide attendentes, predicte domui fratrum in Ellingen ac ipsis fratribus ibidem prd tempore commorantibus maximum verisimiliter imminere periculum ex eo quod Ecclesia glorioſissime Virginis marie sita infra muros domus Ellingen iam pretacte olim erecta in Ecclesiam Parrochialem, habens fontem baptismalem curam populi & alia iura Ecclesiis Parrochialibus habere consueta, ob quod Christi fidelibus universis presertim tempore celebrationis divinorum liber patet & patere debet accessus ad Ecclesiam glorioſissime Virginis Marie supradictam, unde non immerito formidatur predicte domui ac fratribus domus eiusdem sub pretacto colore hostilis & pernicioſus futuris temporibus incursus multipliciter provenire: quapropter iam dicti Provincialis Commendator & fratres Domus Ellingen sepedicte ad instiga-

ſtigationem ac etiam informationem plurium perſonarum fide dignarum ſpiritualium pariter & ſecularium nobis denuo ſupplicarunt precum inſtantia diligenti quatenus omnia & ſingula iura parrochialia dicte Eccleſie glorioſiſſime Virginis marie competentia ac debita & conſueta, in ſepe dictam Eccleſiam ſancti Georii transfundere ac transferre libere dignaremur: nos vero ex cauſis predictis ac aliis nobis occurrentibus prefatam petitionem benigno favore proſequi cupientes & ut malignis temeritatis audacia ac via de cetero attemptandi talia penitus precludatur, auctoritate noſtra ordinaria omnia & ſingula iura parrochialia dicte Eccleſie glorioſiſſime Virginis marie tanquam Parrochie competentia penitus & omnino tollimus & ſeparamus ab eadem Eccleſia, & dicta iura omnia & ſingula plenarie transfundimus & transmittimus in ſepe fatam Eccleſiam ſancti Georii pleno iure ſubjicientes, etiam de cetero plebezanos (*) ac populum univerſum prefate Eccleſie glorioſiſſime Virginis marie hucusque iure parrochiali ſubiectum quoad iura predicta Eccleſie ſancti Georii prenotate; in quorum omnium evidens teſtimonium & perpetuam roboris firmitatem preſentes tradite

(*) *Plebezanos.*) Henr. Spelmannus in Gloſſ. archaiolog. p. 462. *plebiſanus.* Parochus. populus qui Epiſcopo vel presbytero ſubeſt. v. Burchar. Lib. 2. c. 90. 91. 92. & Lib. 3. c. 34. - tam cleri quam plebis. Ex Gregor. Epiſt. ad Bacaudam Formienſ. Epiſc. ubi clerus & plebs appoſite dicuntur. Gregor. Turon. Lib. 4. §. 5. - Cumque diu noctuque dominum. Deprecaretur (gallus Epiſc. avernamenſis) ut vivens plebem ſuam vaſtari non cerneret.

tradite ſunt litere noſtri ac venerabilis fratris abbatis & Conventus monaſterii in *Wilzburg* ſupra dicti, nec non Balije Provinciarum Franconie, Suevie & Bavarie ac domus in Ellingen ſigillorum munimine roborate. Acta ſunt hec anno à nativitate dominica Milleſimo Quadringenteſimo ſexto, quarto nonas maij, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & domini noſtri, domini Innocentii divina providentia Pape ſeptimi anno ſecundo, Invictiſſimo Principe & domino, domino Rudeberto, Romani Imperii habenas gubernante ſemper auguſto, noſtri vero Regiminis anno vigeſimo tertio, indictione XIIII. in domino feliciter amen.

Johannes ambundij Decretorum Doctor, Canonicus Eccleſie Eyſtetenſis Reverendi in Chriſto Patris & Domini, Domini Johannis Dei & apoſtolice ſedis gratia Epiſcopi Herbipolenſis vicarius in ſpiritualibus Generalis, ad rei memoriam ſempiternam, ad ea que utilitatem & commodum religioſorum locorum & perſonarum concernunt libenter intendimus & ut effectum debitum ſortiantur ordinarie, cum à nobis requiritur, confirmationis noſtre adijcimus firmitatem: Sane cum pridem venerabilis *Ulricus* Abbas de Conſilio & conſenſu Conventus ſui monaſterii in *Wilzburg* Sancti georii in Ellingen Eyſtetenſis ex una, & Religioſus frater *Franciſcus* de *Wildenſtein* Commendator ceterique fratres domus in *Virnsberg* ordinis Hoſpitalis ſancte marie Jheruſalem, tam Teutonicorum Sancti *Johannis* in Lenkersheim prope

Wins-

Winsheim Herbipolenſis Dioceſis parte ex altera Eccleſiarum Parochialium Jura Patronatus ſive preſentandi Rectores ad ipſos ratione dictorum monaſterii atque Domus ab antiquo ſpectantia ad invicem permutarunt nobisque cum inſtantia debita ſupplicari fecerunt, ut permutationi huiusmodi confirmationis munus adijcere auctoritate dicti Domini noſtri dignaremur; nos igitur Johannes Vicarius ſupra dictus huiusmodi ſupplicationibus inclinati auctoritate prefati Domini noſtri permutationem Juris Patronatus huiusmodi gratum & ratum habentes ipſam ex certa noſtra ſcientia confirmamus, approbamus atque ratificamus & preſentium noſtrarum Literarum patrocinio communimus; in quorum omnium teſtimonium preſentes noſtrarum confirmationis, approbationis & ratificationis Literas per Notarium publicum infra ſcriptum ſubſcribi & publicari mandavimus, noſtrique ſigilli Vicariatus appenſione fecimus communiri, datum Herbipoli & ibidem in domo noſtre habitationis anno domini Milleſimo Quadringenteſimo ſexto, Indictione quarta decima Pontificatus Sciſſimi in Chriſto Patris & Domini Noſtri, domini Innocentii, divina providentia Pape ſeptimi anno ſecundo, Menſis maij die decima, nona hora diei eiusdem veſperorum vel quaſi; preſentibus honorabilibus & diſcretis viris, fratre *Eberhardo* Ruden dicti ordinis domus ſite extra muros herbipolenſes, Profeſſore *Johanne Hofheim* Moguntinenſi & *Friderico Marras*, predicte Herbipo-

bipolen. Dioceſis Clericis teſtibus ad premiſſa vocatis pariter & rogatis: Et ego *Johannes Urbach* clericus Herbipolenſis Dioceſis publicus Imperiali auctoritate notarius, quia huiusmodi confirmationi, ratificationi & approbationi, omnibusque aliis & ſingulis, dum, ſicut premittitur, coram prefato Domino *Johanne* Vicario agerentur & fierent, una cum prenominatis teſtibus preſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi, ideoque hoc preſens publicum inſtrumentum per alium me aliis occupato fideliter conſcriptum, exinde confeci, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis una cum appenſione ſigilli vicariatus ſignavi & manu mea propria ſubſcripſi, rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium premiſſorum.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei ad futuram rei memoriam, illa que pro divini cultus augmento & commodo perſonarum ſub religionis habitu Domino famulantium provide facta ſunt, ut illibata perſiſtant, libenter, cum à nobis petitur, confirmatione apoſtolica roboramus. Sane peticio dilectorum filiorum, *Vlrici* abbatis *Georgij* Prioris & Conventus Monaſterii in *Wilzburg*, ordinis Sancti Benedicti, Eyſtetenſis Dioceſis, & Wolframi de Eglofſtein generalis & Commendatoris domorum hoſpitalis beate marie Teutonicorum Jheroſolimitane in Franconie Suevie & Bavarie partibus conſtitutarum, nec non in Virnsberg ac in Ellingen Herbipolenſis & predicte Eyſtetenſis Dioces. Domorum etiam Hoſpitalis eiusdem Com-

Digitized by Google

Commendatorum ac fratrum nobis nuper exhibita continebat, quod olim venerabilis frater noſter *Fridericus* Epiſcopus Eyſtetenſis ex certis rationabilibus cauſſis Sancti andree in Wiſſenburg & Sancti georgii in Ellingen dicte dioceſis Eyſtetenſis Parrochiales Eccleſias tunc invicem annexas, licet dicta Eccleſia Sancti georgij eidem Eccleſie Sancti andree, videretur eſſe ſubiecta, & quarum collatio & proviſio ad easdem abbatem, Priorem & Conventum de antiqua & aprobata nec non hactenus pacifice obſervata conſuetudine tunc coniunctim pertinebat, prout eiusdem Eccleſie Sancti andree Collatio & proviſio huiusmodi adhuc pertinet ad ipſorum abbatis & conventus inſtantiam auctoritate ordinaria ab invicem ſeparavit, volens & ordinans quod quelibet ipſarum Eccleſiarum ex tunc per ſe ſoluta prorſus ab altera remaneret tamen ita, quod maiores decime, que de Curia villicali Walkershof & molendino mittelmul vulgariter nuncupatis dicte dioceſis infra limites Parrochie ipſius Eccleſie Sancti georgij conſiſtentibus provenirent, prout etiam ante dictam ſeparationem fieri conſuevit, eidem Eccleſie Sancti Andree in futurum ex tunc annis ſingulis ſolvi deberent, quodque ſubſequenter abbas, Prior & Conventus Sancti georgij predictam nec non Generalis & prefate domus in Virnſperg Commendatores & fratres ante dicti Parrochialem ſancti Johannis Babtiſte in Lenkersheim prope Wisheim dicte Herbipolenſis dioceſis Eccleſias cuius quidem Eccleſie ſancti

Jo-

Johannis collatio & proviſio ad eosdem Generalem & domus in Virnſperg Commendatores ac fratres de ſimili conſuetudine tunc coniunctim pertinebat etiam ex rationabilibus cauſſis hinc inde matura deliberatione prehabita & ſuperiorum ſuorum accedente conſenſu invicem quantum in eis fuit permutarunt, quam quidem permutationem prefatus Epiſcopus ac dilectus filius Johannes ambundij Canonicus Eyſtetenſis vicarius in ſpiritualibus generalis Venerabilis fratris noſtri Johannis Epiſcopi Herbipolenſis auctoritate predicta confirmarunt, & quod ſubſequenter predicti Commendatores & fratres conſiderantes quod ad Eccleſiam beate marie infra muros ſive ſepta dicte Domus in Ellingen conſiſtentem predicte dioceſis Eyſtetenſis, que tunc Parrochialis erat Parrochianorum ſive hominum ingens multitudo ſepius ad audiendum divina officia in ipſa confluere conſuevit & propterea domui in Ellingen ac commendatori & fratribus ipſis degentibus in eadem domo certa pericula imminebant, obtinuerunt per eundem Fridericum Epiſcopum omnia inſignia & iura Parrochialia ipſius Eccleſie beate marie in eandem Eccleſiam ſancti georgij eadem auctoritate transferri & illa ipſi Eccleſie Sancti georgij penitus ſubijci ſeu applicari ipſique Epiſcopi vicarius abbas & conventus nec non commendatores & fratres quedam alia certa hec rationabiliter fecerunt & ordinarunt, prout in quibusdam Inſtrumento publico, nec non autenticis litteris inde confectis eorundem Epiſcopo-

porum vicarii, abbatis & conventus nec non Commendatorum ſigillis munitis, quorum tenores de verbo ad verbum preſentibus inſeruntur, plenius continetur; quare pro parte abbatis & Conventus nec non Commendatorum & fratrum predictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſeparationi, permutationi nec non translationi & aliis premiſſis robur apoſtolice confirmationis adiicere, deſpeciali gratia dignaremur. Nos itaque huiusmodi ſupplicationibus inclinati, ſeparationem, permutationem nec non translationem predictas & omnia inde ſecuta rata habentes & grata ea auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes defectus ſi qui inveniuntur in eisdem, tenores vero prefatorum inſtrumenti publici & litterarum ſequuntur per ordinem in hec verba: Fridericus dei & apoſtolice ſedis gratia ſancte aureatenſis alias Eyſtetenſis Eccleſie Epiſcopus, cetera. Ego *Wolframus* de Eglofſtein &c. *Johannes ambundij* Decretorum Doctor &c.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis, Communitionis & ſuppletionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare preſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Rome apud S. Petrum V. Jd. auguſti, pontificatus noſtri anno ſecundo.

Oft-genanntem Abt Ulrich confirmirte König

Sigmund alle von dem Cloſter hiebevor erworbene Gnaden und Freyheiten:

Cardinalatus, honore etiam Imperiali, Regali, Reginali aut alia maiori auctoritate ſeu excellentia fungentibus etiam Imperatoris, Regum, Reginarum aut aliorum Principum contemplatione vel intuitu ſeu in eorum aut Eccleſiarum, monaſteriorum, menſarum vel beneficiorum Eccleſiaſticorum, Univerſitatum etiam, Studiorum generalium aut piorum locorum favorem ſeu ob remunerationem Laborum & obſequiorum etiam nobis & dicte ſedi impenſorum aut in recompenſam iurium ceſſorum vel ablatorum & ex quibusvis aliis etiam quantumcunque maximis excogitabilibus & urgentiſſimis cauſis ſub quibuscunque verborum formis & expreſſionibus ac cum quibusvis ſuſpenſionibus, reſtitutionibus, atteſtationibus, declarationibus, modificationibus, exceptionibus & aliis efficaciſſimis & inſolitis etiam derogatoriarum derogatoriis clauſulis etiam talibus, quod illa nullatenus aut nonniſi ſub certis modo & forma in eis contentis & de conſenſu illorum, quibus illa conceſſa ſunt, etiam quibus ius in re queſitum ſit, illique beneficio regule de non tollendo Jure queſito gaudere ac gratie ipſe inter vos & nos ac ſedem predictam vim initi contractus habere debeant & aliis decretis per nos & ſedem eandem, etiam in mente noſtra & ad nullius inſtantiam, etiam motu proprio ac ſcientia & poteſtatis plenitudine ſimilibus in genere vel in ſpecie conceſſis hactenus & in poſterum concedendis quas & que illorumque omnium vim & effectum quoad hoc omnino ſuſpen-

ſpen-

ſpendimus, & in dictis Prepoſitura, Decanatu, Cuſtodia, Cantorie, Canonicatibus & Prebendis ac Vicariis effectum ſortiri aut locum ſibi vendicare non poſſe neque debere decrevimus illisque ac ſtatutis, privilegiis & indultis predictis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua & expreſſa mentio diſpoſitive fieri debent tenores huiusmodi preſentibus pro ſufficienter expreſſis & totaliter inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus & ſufficienter derogatum eſſe decernimus contrariis quibuscunque, aut ſi pro tempore exiſtenti Epiſcopo Eyſtetenſi vel quibusvis aliis communiter vel diviſim à dicta ſit ſede indultum quod ad receptionem vel proviſionem alicuius nunc teneantur, & ad id compelli aut quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, quodque de Canonicatibus & Prebendis ac dignitatibus & officiis erecte Eccleſie huiusmodi vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis ad eorum collationem, proviſionem, preſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem coniunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem: Et qualibet alia dicte ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cuiuscunque tenoribus exiſtit per quam preſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet

Digitized by Google

vel differri, & dequa cuiusque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, ſeu ſi ſinguli predicti preſentes non fuerint ad preſtandum de obſervandis Statutis & conſuetudinibus dicte erecte Eccleſie ſolitum Juramentum dummodo in abſentia ſua per Procuratorem idoneum & cum ad Eccleſiam ipſam erectam acceſſerint, corporaliter illud preſtent. Volumus autem quod Prepoſitus pro tempore preſentatus & inſtitutus infra quatuor menſes à die preſentationis huiusmodi computandos novam proviſionem ſuper dicta Prepoſitura à ſede prefata impetrare & iura Camere apoſtolice perſolvere omnino teneatur, alioquin Prepoſitura ipſa vacare cenſeatur eo ipſo, & inſuper quoad collationem & proviſionem predictas prout eſt, ſi attemptatum forſan eſt hactenus & quoad illas ac alia premiſſa ex tunc irritum & inane decernimus, ſi ſecus ſuper hys à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari; nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre ſuppreſſionis, Extinctionis, Erectionis, Inſtitutionis, Decorationis, Liberationis, Diſpenſationis, applicationis, appropriationis, Statuti ordinationis, Indulti Conceſſionis, abſolutionis, Collationis, Proviſionis, Mandati ſuſpenſionis, Derogationis, voluntatis & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis

do-

Digitized by Google

dominice, millesimo, quingentesimo, vigesimo Sexto, pridie non. Septembris, pontificatus nostri anno tertio
CCCL

Aug. *Hie. Olivius* F. de Sancto *Johé.* Secis
Leo Waltrini F. *Bernhardus* Scriptor Bulle.

FRIEDERICUS.

Als Herr Marggraf Gumpert mit tod abgangen, so folgte Ihm Herr Marggraff Friederich:

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei, venerabili Fratri Episcopo Castelli maris & dilectis filiis, Decano Ecclesie Eystetensis ac Officiali Eystetensi salutem & apostolicam benedictionem. Nobilitas generis vite ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, super quibus dilectus filius *Fredericus*, ex Marchionibus Brandenburgensibus, Prepositus Ecclesie Herbipolensis, apud nos fide digno commendatur testimonio nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales, cum itaque, sicut accepimus, Prepositura Ecclesie Sanctorum Petri & Pauli in Wilzpurch Eystetensis diocesis, que inibi dignitas Principalis & de Jure Patronatus Marchionum Brandenburgensium pro tempore existentium, ex Privilegio apostolico cui non est hactenus in aliquo derogatum, existit, & quam quondam *Gumpertus* ex dictis marchionibus ipsius Eccle-

ſie Sanctorum Petri & Pauli Prepoſitus dum viveret obtinebat, per obitum eiusdem *Gumperti*, qui extra Romanorum Curiam diem clauſit extremum, vacaverit & vacet ad preſens, nos prefato *Frederico* que dilectus filius Nobilis Vir *Georgius* modernus Marchio Brandenburgenſis ipſius Prepoſiture Patronus exiſtens in pacifica poſſeſſione vel quaſi Juris Patronatus & preſentandi perſonam ydoneam ad dictam Prepoſituram, dum pro tempore vacat, ad eandem Prepoſituram, ut prefertur, vacantem tam ſuo proprio quam reliquorum ex dictis marchionibus ipſius Prepoſiture Patronorum in minori etate conſtitutorum Tutorio nominibus nobis per ſuas patentes litteras eius ſigillo munitas preſentavit, & cum quo dudum, ut aſſerit, ut quecunque Tria Curata ſeu alias invicem Incompatibilia Beneficia Eccleſiaſtica etiamſi dignitates Perſonatus adminiſtrationes vel officia in Cathedralibus etiam metropolitanis vel Collegiatis & dignitates ipſe in Cathedralibus etiam metropolitanis poſt Pontificales maiores ſeu Collegiatis Eccleſiis huiusmodi principales forent & ad illas, illos vel illa conſueviſſent, qui per electionem aſſium, ſi ſibi alias Canonice conferrentur, recipere, & inſimul quoad viveret, retinere valeret inter alia apoſtolica fuit auctoritate diſpenſatum qui quicunque de nobili etiam Illuſtri ipſorum Marchionum genere procreatus exiſtit ac Prepoſituram dicte Eccleſie Herbipolenſis, que inibi dignitas maior poſt Pontificalem exiſtit, inter alia obtinet premiſ-

ſo-

ſorum meritorum ſuorum intuitu, ſpecialem gratiam facere volentes ipſumque *Fredericum* à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti aliisque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris & penis à iure vel ab homine quavis occaſione vel cauſſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum preſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſolventes & abſolutum fore cenſentes: nec non unum aliud Curatum ſeu alias Incompatibile quod forſan ex dicta diſpenſatione ac etiam alia ſine Cura Beneficia Eccleſiaſtica, que dictus *Fredericus* obtinet ac cum cura & ſine cura que expectat, nec non in quibus & ad que vis ſibi quomodolibet competit quecunque, quotcunque & qualiacunque ſint, eorumque ac dicte obtente Prepoſiture fructuum, reddituum & proventuum veros annuos valores preſentibus pro expreſſis habentes, diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus vos vel duo aut unus veſtrum per vos vel alium ſeu alios primodictam Prepoſituram, cuius fructus, redditus & proventus Triginta quatuor marcarum argenti puri ſecundum communem extimationem valorem annuum, ut dictus *Fredericus* etiam aſſerit, non excedunt, ſive ut premittitur, ſive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscunque perſona ſeu per liberam reſignationem dicti *Gumperti* vel cuiusvis alterius de illa in Romanorum curia vel extra eam etiam coram notario publico & teſtibus ſponte factam aut Conſtitutionem felicis recordationis Johannis Pape XXII. Predeceſſoris

noſtri, que incipit Execrabilis vel aſſecutionem alterius Beneficii Eccleſiaſtici quavis auctoritate collati vacet, etiamſi tanto tempore vacaverit, quod eius collatio iuxta Lateranenſis Statuta Concilii ad Sedem apoſtolicam legitime devoluta ac primo dicta Prepoſitura diſpoſitioni apoſtolice ſpecialiter reſervata exiſtat, eique cura etiam Jurisdictionis immineat animarum, ſuper ea quoque inter aliquos Lis cuius Statum preſentibus haberi volumus pro expreſſo pendeat indeciſa, dummodo tempore dati preſentium non ſit in ea alicui ſpecialiter ius queſitum cum omnibus Juribus & pertinentiis ſuis eidem *Frederico* auctoritate noſtra conferre & aſſignare curetis, inducentes eundem *Fredericum*, recepto prius ab eo noſtro & Romane Eccleſie nomine fidelitatis debite ſolito iuramento iuxta formam, quam ſub Bulla mittimus intracluſam vel Procuratorem ſuum eius nomine in corporalem poſſeſſionem primo dicte Prepoſiture Juriumque & pertinentiarum predictorum, & defendentes inductum amoto exinde quolibet illicito detentore ac facientes *Fredericum* vel pro eo Procuratorem predictum ad primo dictam Prepoſituram, ut eſt moris admitti, ſibique de illius fructibus, redditibus, proventibus, iuribus & obventionibus univerſis integre reſponderi, contradictores auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, non obſtantibus pie memorie Bonifacii Pape VIII. etiam Predeceſſoris noſtri & aliis apoſtolicis Conſtitutionibus ac dicte Eccleſie Sanctorum Petri & Pauli

Pauli Juramento confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis & Conſuetudinibus contrariis quibuscunque; aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de dignitatibus ipſius Eccleſie Sanctorum Petri & Pauli ſpeciales vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales dicte ſedis vel Legatorum eius Litteras impetrarint etiamſi per eas ad inhibitionem reſervationem & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus eundem *Fredericum* in aſſecutione primo dicte Prepoſiture volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem dignitatum ſeu beneficiorum aliorum preiudicium generari: Seu ſi venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Eyſtetenſi & dilectis filiis Capitulo dicte Eccleſie Sanctorum Petri & Pauli vel quibusvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum, quod ad receptionem vel proviſionem alicuius minime teneantur & ad id compelli aut quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint; Quodque de dignitatibus ipſius Eccleſie Sanctorum Petri & Pauli vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis ad eorum collationem, Proviſionem, preſentationem ſeu quamvis aliam diſpoſitionem coniunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri per Litteras apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem & qualibet alia dicte ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cuiuscumque tenoris exiſtat, per quam preſentibus non expreſſam vel totaliter non in-

Digitized by Google

ſertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri & de qua cuiusque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis: aut ſi dictus *Fredericus* preſens non fuerit ad preſtandum de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus dicte Eccleſie Sanctorum Petri & Pauli ſolitum iuramentum, dummodo in abſentia ſua per Procuratorem ydoneum & cum ad Eccleſiam ipſam acceſſerit, corporaliter illud preſtet. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper hys à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis dominice Milleſimo Quingenteſimo Triceſimo Primo Quarto Kl. Junij, Pontificatus noſtri anno octavo.

Welchergeſtalten nun dem Herrn Marggraf Friederich die Probſtey hierauf conferiret worden, das bewähret im breitern Anlaut hienach folgendes Inſtrument:

Reverendo in Chriſto Patri & Domino Domino Dei & apoſtolice ſedis gratia Eyſtetenſi Epiſcopo eiusque in ſpiritualibus & temporalibus Vicario ſeu officiali generali, nec non venerabilibus & circumſpectis viris, Dominis Capitulo Eccleſie ſanctorum Petri & Pauli in Wilzburg Eyſtetenſis Dioceſis, omnibusque aliis & ſingulis, quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum quibuscunque nominibus noſcuntur, aut quacunque prefulgeant dignitate Petrus Flores eadem gratia Epiſcopus Ca-

Caſtelli maris, Judex & Executor ad infra ſcripta una cum quibusdam aliis noſtris in hac parte Collegiis, cum illa clauſula, Quatinus vos vel duo aut unus veſtrum & à ſede prefata ſpecialiter deputatus, Salutem in Domino & veſtris huiusmodi immo verius apoſtolicis firmiter obedire mandatis litteras ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Clementis, divina providentia Pape Septimi eius vera Bulla plumbea cum cordula canapis more Romane Curie impendenti bullatas, ſanas & integras, non viciatas, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vicio & ſuſpicione carentes, prout in eis prima facie apparebat, nobis pro parte venerabilis Viri Domini Frederici ex Marchionibus Brandenburgenſibus, Prepoſiti Eccleſie Herbipolenſis Principalis in eisdem Litteris apoſtolicis principaliter nominati coram Archivii Romane Curie ſcriptore & teſtibus infra ſcriptis preſentatas nos cum ea, qua decuit reverentia noveritis recepiſſe huiusmodi ſub tenore : Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Epiſcopo Caſtelli maris & dilectis filiis Decano Eccleſie Eyſtetenſis ac officiali Eyſtetenſi cet. poſt quarum quidem litterarum Apoſtolicarum preſentationem & receptionem nobis & per nos, ut premittitur, factas fuimus pro parte ſupra dicti Domini Frederici Principalis in eisdem litteris apoſtolicis Principaliter nominati debita cum inſtantia requiſiti, quatinus ad executionem earundem & contentorum in ipſis procedere

dignaremur, iuxta traditam ſeu directam per eas à ſede Apoſtolica prefata nobis formam. Nos igitur Petrus Flores Epiſcopus, Judex & Executor deputatus prefatus attendentes requiſitionem huiusmodi fore iuſtam & rationi conſonam, volentesque mandatum apoſtolicum nobis directum reverenter exequi, ut tenemur, Iccirco auctoritate apoſtolica prefata nobis commiſſa, & qua fungimur in hac parte prefato Domino Frederico abſenti tanquam preſenti Prepoſituram Eccleſie ſanctorum Petri & Pauli in Wilzburg Eyſtetenſis Dioceſis, de qua in preinſertis litteris apoſtolicis fit mentio, nobis non conſtito, quo tempore dati preſentium ſit in ea alicui ſpecialiter jus queſitum ac quovis modo in eisdem litteris expreſſo vacantem cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis contulimus, ut aſſignavimus ac providimus etiam de eadem, conferimusque & aſſignamus ac providemus ipſumque Dominum Fredericum Principalem in corporalem poſſeſſionem ſeu quaſi Prepoſiture Juriumque & pertinentiarum predictorum induximus, prout inducimus per preſentes; que omnia & ſingula nec non litteras apoſtolicas huiusmodi & hunc noſtrum Proceſſum ac omnia & ſingula in eis contenta, vobis omnibus & ſingulis ſupradictis communiter vel diviſim intimamus, inſinuamus & notificamus ac ad veſtram notitiam deducimus & deduci volumus preſentium per tenorem, vosque omnes & ſingulos ſupra dictos, quibus preſens noſter Proceſſus dirigitur, earundem tenore preſentium re-

requirimus & monemus primo, secundo, tercio & peremptorie communiter vel divisim ac vobis in virtute sancte obedientie & sub infra scriptis sententiarum penis districte precipiendo mandamus, quatinus infra sex dies post presentationem seu notificationem presentium ac requisitionem pro parte dicti Domini Frederici principalis vobis seu alteri vestrum desuper factas immediate sequentem, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo & reliquos duos dies vobis universis & singulis pro tertio & peremptorio termino ac monitione Canonica assignamus eundem Dominum Fredericum, recepto prius ab eo prelibati Domini nostri Pape & sancte Romane Ecclesie nomine, solito fidelitatis iuramento in dictis litteris expressam vel Procuratorem suum, eius nomine in corporalem, realem & actualem possessionem dicte Prepositure Ecclesie sanctorum Petri & Pauli, Juriumque & pertinentiarum omnium eiusdem ponatis, recipiatis & inducatis ac inductum defendatis ac quemlibet illicitum detentorem ab eadem amoveatis & amoveri faciatis, Ipsumque Dominum Fredericum vel Procuratorem suum eius nomine ad Preposituram hujusmodi, ut est moris, admittatis & admitti faciatis, sibique de ipsius Prepositure fructibus, redditibus, proventibus, Juribus & obventionibus universis respondeatis, & faciatis ab aliis plenarie & integre responderi; Quod si forte premissa omnia & singula non adimpleritis seu distuleritis contumaciter adimplere manda-

Digitized by Google

datisque & monitionibus huiusmodi non parueritis realiter & cum effectu, Nos in vos omnes & singulos supradictos, quibus processus noster dirigitur & generaliter in contradictores quoslibet & rebelles ac impedientes ipsum Dominum Fredericum Principalem super premissis in aliquo aut ipsum impedientibus dantes auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte, directe vel indirecte quovis quesito colore vel ingenio eximit, prout ex tunc singulariter in singulos sex dierum canonica monitione premissa excommunicationis in Capitula vero Conventus & Collegia quecunque in his forsam delinquentis suspensionis à divinis & in ipsorum delinquentium & rebellium Ecclesias, Monasteria & Capellas interdicti Ecclesiastici sententias ferimus in his scriptis & etiam promulgamus vobis Viro Reverendo Domino Episcopo Eystetensi duntaxat excepto, cui ob reverentiam vestre Pontificalis Dignitatis deferimus in hac parte si contra premissa vel eorum aliquod feceritis seu fieri mandaveritis per vos vel submissas personas publice vel occulte, directe vel indirecte quovis quesito colore ex tunc prout ex nunc sex dierum canonica monitione premissa ingressum Ecclesie interdicimus in his scriptis & etiam promulgamus, si vero huiusmodi interdictum per alios sex dies prefatos sex immediate sequentes sustinueritis, vos in eisdem scriptis simili canonica monitione premissa suspendimus à divinis, verum si prefatas interdicti Ecclesiastici sententias per alios sex dies prefatos du-

Digitized by Google

duodecim immediate ſequentes animo, quod abſit, ſuſtinueritis indurato vos ex nunc prout ex tunc & è converſo ſimili ſex dierum canonica monitione premiſſa excommunicationis ſententia auctoritate Apoſtolica ſupra dicta innodamus, Ceterum cum ad executionem premiſſorum ulterius faciendam nequeamus, quoad preſens perſonaliter intereſſe pluribus aliis arduis in Romana Curia legitime prepediti negotiis univerſis & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis, Notariisque & Tabellionibus publicis quibuscunque per Civitatem & Dioceſin Eyſtetenſem ac alias ubilibet conſtitutis & eorum cuilibet in ſolidum ſuper ulteriori executione dicti mandati apoſtolici atque noſtri facienda auctoritate apoſtolica ſupra dicta tenore preſentium plenarie committimus vices noſtras donec eas ad nos ſpecialiter & expreſſe duxerimus revocandas, quos noetiam & eorum quemlibet eisdem auctoritate & tenore requirimus & monemus primo, ſecundo, tercio & peremptorie communiter vel diviſim eisque & eorum cuilibet in virtute ſancte obedientie & ſub excommunicationis pena, quam in eos & eorum quemlibet, niſi fecerint, que eis vel eorum cuilibet mandamus, fecimus in his ſcriptis diſtricte precipiendo mandantes, quatinus infra ſex dies poſt preſentationem ſeu notificationem predictarum litterarum & preſentis noſtri Proceſſus ac requiſitionem pro parte dicti Domini Frederici Principalis eis ſeu eorum alteri de ſuper factas immediate ſequentes, quos dies ipſis & eorum cuilibet pro omni dilatione

ter-

terminoque peremptorio ac monitione canonica assignamus, ita tamen quod in his exequendis alter eorum alterum non expectet, nec unus pro alio seu per alium se excuset, ad vos omnes & singulos supradictos, quibus presens noster dirigitur personasque & loca alia, à quibus ubi quando & quoties opus fuerit personaliter accedant, & prefatas litteras apostolicas hunc-que nostrum processum ac omnia & singula in eis contenta seu eorum substantialem effectum vobis omnibus & singulis communiter vel divisim legant, intiment, insinuent & fideliter publicare procurent ac eundem Dominum Fredericum Principalem recepto prius ab eo iuramento predicto vel Procuratorem suum eius nomine in corporalem, realem & actualem possessionem Prepositure Ecclesie Sanctorum Petri & Pauli, Juriumque & pertinentiarum predictorum ponant & inducant, ac ab alijs recipi, poni & induci faciant, inductumque defendant ac quemlibet detentorem illicitum ab eadem amoveant & amoveri faciant, ipsumque Dominum *Fredericum* Principalem vel Procuratorem suum eius nomine ad Preposituram huiusmodi, ut est moris, admittant & admitti ab aliis faciant, ibique de ipsius Prepositure fructibus, redditibus, proventibus, iuribus & obventionibus universis respondeant & faciant ab aliis plenarie & integre responderi; Et generaliter omnia alia & singula nobis in hac parte commissa dicti nostri subdelegati plenarie exequantur, iuxta dictarum Litterarum apostolicarum

carum & preſentis noſtri proceſſus vim, formam, continentiam & tenorem, ita tamen quod ipſi vel quicunque alius ſeu alii nihil in preiudicium dicti Domini *Frederici* Principalis vel eius Procuratoris valeant attentare quomodolibet in premiſſis neque in Proceſſibus per nos habitis aut ſententiis per nos latis abſolvendo vel ſuſpendendo aliquid immutare in ceteris autem que eidem Domino *Frederico* Principali vel eius Procuratori in premiſſis nocere poſſent, ſeu quomodolibet obeſſe dictis noſtris ſubdelegatis & quibuslibet aliis poteſtatem omnimodam denegamus, & ſi contingat, nos ſuper premiſſis in aliquo procedere, de quo nobis poteſtatem omnimodam reſervamus, non intendimus propterea commiſſionem noſtram huiusmodi in aliquo revocare, niſi de revocatione ipſa ſpecialem & expreſſam in noſtris litteris fecerimus mentionem per proceſſum autem noſtrum huiusmodi nolumus nec intendimus noſtris in aliquo preiudicare Collegis, quo minus ipſi vel eorum alter, ſervato tamen hoc noſtro proceſſu in huiusmodi negotio procedere valeant prout eis vel eorum alteri viſum fuerit expedire, prefatas quoque litteras apoſtolicas & hunc noſtrum proceſſum volumus penes dictum Dominum *Fredericum* Principalem vel Procuratorem ſuum aut alium de eius conſenſu remanere, & non per vos aut aliquem veſtrum ſeu quemcunque alium ipſis invitis & contra eorum voluntatem detineri, contrarium vero facientes dictis noſtris ſententiis prout in

his

Digitized by Google

his Scriptis late ſunt, ipſo facto volumus ſubiacere, mandamus tamen copiam fieri de premiſſis eam petentibus & habere debentibus petentium quidem ſumptibus & expenſis, abſolutionem vero omnium & ſingulorum, qui prefatas litteras apoſtolicas ſive noſtras incurrerint ſive incurrerit quoquo modo nobis vel ſuperiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum omnium & ſingulorum fidem preſentes litteras ſive preſens publicum inſtrumentum hujusmodi noſtrum proceſſum in ſe continentes ſive continens exinde fieri & per infra ſcriptum ſupra dicti archivij Romane Curie Scriptorem ſubſcribi & publicari mandavimus, ſigillique eiusdem archivii iuſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum & actum Rome in domo noſtre ſolite habitationis, ſub anno à nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo, quingenteſimo trigeſimo primo, Indictione quarta, die vigeſima ſexta Menſis Octobris, Pontificatus prelibati Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Clementis, divina providentia Pape ſeptimi anno octavo. Preſentibus ibidem honorabilibus viris Dominis Ferdinando Seirano & Franciſco Monte Maior Clericis Palentinenſis & Tiraſonenſis Dioceſium, Teſtibus ad premiſſa omnia & ſingula vocatis, habitis & rogatis: Ego antonius Rogier Clericus Cameracenſis dioceſis artium Magiſter atque Archivii Romane Curie ſcriptor, quia premiſſis omnibus una cum prenominatis Teſtibus preſens fui, eaque in notam ſumpſi, ideo

hunc

hunc proceſſum ſubſcripſi, publicavi & ſignavi in fidem veritatis rogatus.

Das Jurament, welches Herr Marggraf Friederich præſtiren müſſen, war dieſes hauptſächlichen Inhalts:

Ego *Fredericus* ex Marchionibus Brandenburgenſibus, Prepoſitus Eccleſie Sanctorum Petri & Pauli in *Wilzburg*, Eyſtetenſis Dioceſis ab hac hora in antea fidelis & obediens ero beato Petro Sancte apoſtolice Romane Eccleſie ac Domino Noſtro, Domino *Clementi* Pape VIII. ac eius ſucceſſoribus Canonice intrantibus, non ero in conſilio, conſenſu, tractatu vel facto, ut vitam aut membrum perdant, ſeu quod contra alicuius eorum perſonam vel in ipſorum aut Eccleſie eiusdem ſive ſedis apoſtolice auctoritatis, honoris, privilegiorum, Jurium vel apoſtolicorum Statutorum, ordinationum, Reſervationum, Diſpoſitionum, Mandatorum derogationem vel preiudicium, machinationes aut conſpirationes fiant, & ſi ac quotiens aliquid horum tractari ſcivero, id pro poſſe, ne fiat, impediam ac quantocius commode potero, eidem Domino noſtro vel alteri, per quem ad ipſius notitiam pervenire poſſit, ſignificabo, conſilium vero quod mihi per ſe ipſum aut nuncios ſeu litteras crediturі ſunt, ad eorum damnum, me ſciente, nemini pandam, ad retinendum & defendendum Papatum Romanum & Regalia Sancti Petri contra omnem hominem adiutor eis ero, auctoritatem, honorem, pri-

Digitized by Google

vilegia ac Jura, quantum in me fuerit, potius adaugere & promovere Statuta, ordinationes, Reſervationes, diſpoſitiones & mandata huiusmodi obſervare ac in eis intendere curabo, Legatos ſedis eiusdem honorifice tractabo & in ſuis neceſſitatibus adiuvabo, hereticos & ſciſmaticos & qui alicui ex Domino noſtro ſucceſſoribusque predictis rebelles fuerint, pro viribus perſequar & impugnabo, poſſeſſiones vero ad Prepoſituram meam pertinentes non vendam neque donabo neque impignorabo neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo, etiam cum conſenſu Capituli dicte Eccleſie, inconſulto Romano Pontifice. Sic me Deus adjuvet & hec Sancta Dei Evangelia.

Bey dieſer Collation hat Herr Marggraf Georg, zu Salvirung Dero alt und tief-gewurzelten hohen Gerechtſame, mit dem neuen Herrn Probſten Sich dahin verſtanden:

Von Gottes gnaden wir Georg für uns ſelbſt und an ſtatt unſers jungen lieben Vettern und Pfleg Sons Marggraff Albrechts und wir Fridrich Thumprobſt zu Würzburg bede Marggrafen zu Brandenburg ꝛc. Burggraven zu Nürnberg und Furſten zu Rugen, bekennen fur uns unſer Erben und Nachkomen gein yedermenniglich, das wir uns vf heut dato von wegen der Probſtey zu Wülzburg an einem, und der Pfarr zum Hofe am andern teil mit yr jedes zu und eingehorung gutlich, freuntlich und bruderlich miteinander vereinigt, und vertragen haben, nachvolgender geſtalt:

ſtalt: Das wir Marggraff Georg aus freuntlichem guten willen und bruderlicher treu, damit wir unſern brudern geneigt und als der regierend Furſt denſelben allenthalben gerne Rath, hilf und furdrung ſovil an uns erzeigen wolten, dem Erwirdigen Hochgepornen Furſten unſern freuntliben bruder Marggraff Fridrichn die Probſtey zu Wilzburg, die der Herrſchafft Brandenburg und wer jedesmals derſelben mit Regierung vorſteht, ſo offt ſich derſelben verledigung zutregt, zu verleihen geburt, und das Jus Patronatus ſambt andern vermöge der aufgerichten Translation und darüber zu Rom ausgebrachten erlangung und beſchehener Confirmation zuſteet, zugeſtellt und geliehen haben, dieſelben mit ir pedes zu und Eingehorung ſein lebenlang, als ain Brobſt, zu nuzen, nieſen und gebrauchen, und derhalben ains Brobſts mit Einnehmen, Ausgeben und andern, wie ſich geburt, verwaltung zu haben und zu tun, alſo, wo gemelter unſer Bruder Marggraff Friderich vber kurz oder lang mit tode abgeen wurde, das zu dem gnedigen Willen des allmechtigen Gottes ſteet, das dieſelbſt Brobſtey der Herrſchafft Brandenburg widerum zu verleihen haim gedeyhe und falle, und demnach diſe unſer gutwillige und bruderliche beſchehene zuſtellung und verleyhung genanter unſer Herrſchafft Brandenburg alsdann in allweg an iren rechten und gerechtigkeiten unſchedlich und unverlezlich ſei, und ob ſich zutruge, das gedachter unſer freuntlicher lieber Bruder um ſeiner lieb beßern nuz oder ander gelegenheit willen bei leben dieſelb Brobſtey permutirn und ab-

wechſeln wolt, ſoll doch daſſelb anders nit, dann mit unſer, oder wer yedesmals der Herrſchafft Brandenburg regierender Furſt ſein wurd, als des Lehenherr guten wiſſen, willen und verwilligung geſchehen, damit wir, unſer pfleg Sone oder unſer beeder Erben alsdan derſelben perſon auch leihen mögen, darin uns nit verhinterung oder eintrag geſcheen ſoll. Ob auch bemelter unſer bruder Marggraff Friderich daſelbſt ſeiner Lieb gelegenheit nach pauen wurde, ſoll daſelb nit weniger der Herrſchafft Brandemburg zu troſt und allem guten geſchehen, und derhalben yedesmals zu irer notturfft daſelbſt gegen meniglich offnung haben und finden. Und nachdem ſich dieſer zeit zwayung der kirchengepreuch gehalten, und an vil orten etlich Endrung der Ceremonien geſchehen ſind, haben wir obgenante Marggraven uns derhalben auch freuntlich nachvolgender geſtalt mit einander vereinigt, das zu unſer Marggraff Fridrichen gewiſſen, willen und gefallen ſteen ſoll, wie wir es in der Stifft-Kirchen auf dem berg gelegen, und derſelben perſonen, den wir als Brobſt von wegen irer kirchendinſt ire Prebenden nach vermog des Stiffts Translation zu reichen verbunden ſein, ordnen und halten laſſen wollen. Es ſoll auch bemelte verleihung oder zuſtellung der Brobſtey offtgenantem unſern Bruder Marggraff Fridrichen beſchehen uns und unſerm jungen PflegSon auch unſer beeder Erben und nachkomen an unſer und unſer Herrſchafft Brandenburg ſonſt habenden oberkeiten, gerichtbarkeiten, dinſten und allen andern gerechtikeiten,

auch

auch ausbrachter erlangung zu Rom und beſchehener Confirmation, ſovil dieſelb uns und unſer Herrſchafft belangen thut, desgleichen den vertregen hievor zwiſchen der Herrſchafft Brandenburg und des Stiffts Perſonen ſamtlich oder ſonderlich vfgericht, es were dann, das ſich bemelter unſer lieber Bruder mit denſelben perſonen in ander weg zu iren guten benugen gutlich vertruge, unabbruchig und one nachteil ſein, dargegen auch zur anzeigung unſers freuntlichen und bruderlichen willens haben wir Marggraff Friderich dem hochgebornen Furſten unſerm freuntlichen liben Bruder Marggraf Georgen vnſer Pfarr zum Hofe aufm gebirg mit ir aller zu und eingehorung widerum frei übergeben und zugeſtellt, alſo das ſein Lieb und die Herſchafft Brandenburg numer furthin als die Lehen Herren auch ires gewiſſens und gefallens damit handeln und dieſelben jedesmals verleihen mag und ſoll, one unſer oder yemands von unſern wegen irrung eintrag oder verhinterung, und die gefell beder Ende verſchinens dreyſigſten iars, ſo iezt Petri verrechent werden, auch was an ſchulden und vorrathe yezt an einem yeden ort vorhanden iſt, ſoll das zu Wilzburg uns Marggraff Georgen und der Herrſchafft: und das zum Hof uns Marggraff Fridrichen zuſteen und pleiben, und ein yeder teil mit der Vasnachthennen diſes ain und dreyſigſten iars die gefäll ains jeden Ends einzunemen anfahen; des zu urkund und becreſtigung haben wir beede obgenante Marggraffen gebrüder, nemlich wir Georg unſer und unſer Vormundſchafft, und wir Friderich

rich unſer aigen Inſigel an dieſe Brif tun hengken, wie wir auch dieſelben mit aigner hand unterſchriben, der geben iſt zu Onolzbach am Montag nach invocavit, nach Chriſti unſers liben Herrn geburt funfzehen hundert und im ain und dreyßigſten Jaren

manu proppria. *Friderich* manu ppria.

So fürtrefflich und auserleſene Privilegia, wie auch Pacta Conventa die Abtey Wilzburg mit unablaßig groſſer Mühe nach und nach erzeuget hat, ſo waren ſie doch nicht von der gehofften durée, allermaſſen ſolche durch allerhand Tourbillons zu nichte gemachet werden wollen. Die Schrannen-Gerichte zu Graisbach und Hirſchberg, minters nicht das Hof-Gericht zu Rothweil, wollten über des Stiffts Unterthanen und Güther den Meiſter ſpielen, unangeſehen, daß das Kayſerl. Land-Gericht, Burggraffthums Nürnberg, vermöge deſſen herrlichen Freyheiten, über bedeutete Unterthanen und deren Güthere bereits feſten Fuß geſetzet hatte. Das Fürſtl. hohe Stifft Eyſtett und die Herren Erb-Marſchallen von Pappenheim bearbeiten ſich, dieſem Cloſter die Jagens-Befugnuß abzuſtreiten, und ſuchen ihre Force in der Conceſſione Kayſers *Friderici* d. a. 1474. auf das Reichs-Forſtmeiſter-Amt in dem ſogenannten Weiſſenburger Wald. Geſtalten aber die obangeführte Begnadigungs-Briefe Kayſer Ludwigs d. a. 1333. & 39. die Schwäche der von gegenſeits zu einem vermainten Vortheil ausgeſonnenen Cohærenz der Wilzburgiſch-aigenthümlichen ganz beſondere Namen führenden Hölzer mit dem

eigent-

eigentlichen Weiſſenburger Wald gar begreiflich vor Augen legen, ſo wird dieſe nicht wohl verbundene Kette leicht abzuwerffen ſeyn, bevorab Herr Marggraff Georg dem von Enheim allſchon Anno 1542. erweislicher Dinge per modum Feudi überlaſſen hat

Den Wiltpan und Vogelwaid vor dem Weiſenburger Wald zwiſchen Wildsberg und Geyern ꝛc.

Ein welches höchſt-gedachter Herr Marggraf nicht würde haben concediren können, wann der vorangeregte Zuſammenhang auf einem unwanckenden Grunde ruhete. Ja was ſollten die dem Cloſter zugeſtandene Regalia vor einen fruchtbaren Effect produciret haben, wann ſelbiges keine Jagd-Gerechtigkeit exerciren dörffen. Die Stadt Weiſſenburg machet gleicher weiſe aus der ohne Unterlaß und Aufhören hegenden widerwärtigen Harmonie kein myſterium, und occupiret ſich dahero, bey allen Vorfallenheiten, nach ihrem auf Eigennutz gerichteten Syſtême, denen alten Wilzburgiſchen Immunitäten und Verträgen, in ſpecie wegen des Behülzungs-Rechts, dann der Steuer-Befreyung auf des Stiffts Zinns und gültbaren Güthern in der Stadt und deren Marckung, Abbruch zu thun. In ſo enge Schrancken auch, nach dem Gezeugnuß des *Gylmanni*, ehevor die Jurisdiction offt-mentionirter Stadt eingeſchloſſen geweſen, ſo unermeßliche Erweiterungen bildet ſich ſelbige anjetzo ſo in als auſſerhalb deren Mauern vor. Es bleibet unwiderſprechlich wahr, daß dieſes Cloſter, aus

aus Krafft Kayſerlicher und Päbſtlicher Privilegien, von aller Jurisdictione Seculari, ſonderbar gegen die Stadt, gänzlich und ohne Ausnahme eximiret ſeye, und derſelben weder vor, noch in, noch nach der Reformation einige Jurisdiction darauf competiret habe, ſondern alle in denen Privilegiis ausgedruckte Immunitäten an das Hoch-Fürſtliche Hauß Brandenburg mit dem Cloſter und deſſen Rechten transferiret, auch durch die Friedens-Schlüſſe authoriſiret worden, ſolchemnach die hohe Obrigkeit in dem Cloſter intra mœnia, imgleichen gegen der Veſte Wilzburg zu, ſammt dem Jagen, nullo pacto jemand anders als höchſt-erwehntem Hoch-Fürſtlichen Hauß zuſtehen kan. Was vor Concerten viel-ernannte Stadt auf die Jurisdiction und Jagd genommen hat, dergleichen dirigiret ſie ebenmäſig auf die Stadt-Pfarre, und mißbrauchet zu dem Ende, als eine vermeyntliche barriere ſolide, den Paſſauiſchen Vertrag und Religions-Frieden, durch welchen Deckmantel Sie Sich einen Weg von weitem zu einem Kirchen-Recht bahnen will. Wer ſollte aber wohl mit Vernunfft contra fidem hiſtoricam verneinen, daß von der ergrauten Abtey-Kirche zu Wilzburg die St. Andreas-Catharina- und Cloſter-Kirchen, Pfarren und alle Jura Eccleſiaſtica & Sacra zu Weiſſenburg in einem ſo indiſpenſablen als indiſſolublen nexu dependiren, und daß Sie nicht nur Patronat-ſondern der Abtey Wilzburg incorporirt, unirt und vereinte Parochial-Kirchen längſt vor der Reformation und bis zur ſelben Zeit geweſen ſind, auch in dieſer unlaugbaren Qualität an das Hoch-Fürſtliche Hauß Brandenburg durch die

die Reformation mit dem Jure Episcopali & Diœcesano gekommen, folglich durch die Sanctiones Imperii Pragmaticas bestättiget worden. Die Lands-Fürstliche Obrigkeit zu Wilzburg raumet dem Hoch-Fürstlichen Hauß Pars adversa in dem oben recensirten Document d. Anno 1500. ausser Contradiction ein, und vor denen Reformations-Zeiten war dem Bißthum Eystett das Jus Diœcesanum über die Wilzburgische Pfarre, davon erst-gehörter massen die Kirchen zu Weissenburg ein unabsonderlicher Abhang sind, ohnstreitig eigen. Als nun durch die erfolgte Reformation das Eystettische Jus Diœcesanum zu Wilzburg erloschen, so wurde mit dem Brandenburgischen Jure Patronatus das Jus Circa Sacra Consolidations-weise in einem unauflöslichen Band combiniret, und in dieser wohlfundirten Consideration würckten Anno 1535. auf Absterben des vorigen, von dem Herrn Marggraf Friderich, qua Brobsten zu Wilzburg, nach Weissenburg gesetzten Pfarrers, Burgermeistere und Rath von dar hienachstehende notable litteras commendatitias an den lob-seeligsten Herrn Marggraf Georgen von der Stadt Nürnberg in diesen formalibus und materialibus aus:

Durchleuchtig Hochgeborner Furst und Herr, unser undertenig willig dienst seyen Euren Furstlichen Gnaden mit vleis zuvoran bereyt. Gnediger Herr. Dieweil wir uns unzweivenlich getrösten, Euer Fürstl. gnad seyen alles das gnediclich zu furdern geneigt, das unserem heiligen Christentum und der Christenlichen Religion zu guten reichen mag, so mugen wir E. F. Gnad

in untertenigem Vertrauen nit bergen, das die erſamen und weiſen unſer beſonder gute freund und Bundsgenoſſen Burgermeiſtere und Rate der Stadt Weiſenburg vf dem Norkau uns haben anzeigen laſſen, das Sy in furnemen ſeyen bey dem Erwirdigen Durchleuchtigen hochgebornen Fürſten und Herrn, Herrn Friederich Dumprobſt zu Würzburg, Brobſt zu Wilzberg, Marggraffen zu Brandenburg, ꝛc. Ew. Fl. gnad Herrn und Bruder, unſerm gnedigen Herrn, eines abgeſtorbenen ires Pfarrers halben zu Weiſenburg durch ir erber Rats-Botſchafft mundlich handeln zulaſſen und anbringen zu tun, wiewol ſich nun dieſelben von Weyſenburg bey ernenntem unſern gnedigen Herrn dem Dumbrobſt aller gnaden unzweivenlich getröſten, haben Sy ſich doch nit unzeitlich zu beſorgen, daß durch ire widerwertigen zuvor aber die jenen, ſo dem H. Evangelion etwas gehaß und wider, unterſtanden werden mögt, die ſachn bey ſeinen Fürſtl. Gn. dahin zu arbeiten, damit inen ein veind des Evangelions und widerwertiger irer Kirchenordnung, deren ſy ſich E. Fürſtl Gn. ausgangener gemes halten und gebrauchen dahin zu verordnen, welches inen aber zum höchſten beſchwerlich ſein wurd, haben uns demnach gebeten, inen unſer furderung an E. Fl. Gn. mitzutailen, und iſt hierauf an E. Fl. Gn. unſer ganz undertenig und getreulich bitt, die geruhen die beſchwerungen ſo denſelben von Weiſenburg aus ſolchen mogten entſtehen, inſonders aber gnediclichn bedenken, was zerrüttung aller bishero angefangener nuzli-

cher

cher ordnung ſolichs verurſachen mögt und demnach mit derſelben herrn und Bruder unſerm gnedigen herrn dem Tumprobſt zu Wurzburg gnedielich dahin handeln und furdern, daß ſein Fl. Gn. einen der der leer halben berumbt iſt, zu ſolicher Pfarr kommen laſſen, und ſich hierin ſo gnediclich zu erzeigen, wie unſer undertenig vertrauen ſteet, das um E. F. Gn. wollen wir in undertenigkeit verdienen. Datum Mittwochs 8. ſeptembris anno xxxvo.

Burgermeiſter und Rate zu nürnberg.

Dem Durchleuchtig hochgebornen Furſten und herrn, herrn georgen marggraven zu Brandenburg, zu Stetin, Pomern, der Caſſuben und Wenden, auch in Schleſien, zu Jegerndorf und ꝛc. herzogen, herrn der Fürſtentum Oppeln und Ratiborn ꝛc. Burggrafen zu nürnberg, Fürſten zu Rügen und vormundern ꝛc. unſerm gnedigen Herrn.

Hier flieſſet die reine Quelle von der ſelbſtiggegneriſchen ungefärbten Agnition, mithin bedörfft es

es keines weitern Beweisthums, und kan dadurch der von jenseits übel-geknüpffte Knote ohnschwer aufgelöset werden.

Dieses ist es nun, was ich zu Beleuchtung meiner Antiquitatum anzuführen vor gut befunden habe. Sollten diese Antiquitates Approbation finden, würde es mir zur besondern Consolation gereichen, und mich anfrischen, hiernächst die Antiquitates Heydenheimenses auf gleichem Schlag zu ediren.

SOLI DEO GLORIA.

NOTA.

Bey dem Verleger dieses ist auch zu haben: Carl Ferdinand Jungens kur[illegible] doch gründliche Anweisung, was die Comicia [illegible]gravia in Nürnberg seye und involvire? Dann, was es mit der Hoheit des Kayserlichen Land-Gerichts Burggrafthums Nürnberg vor eine eigentliche Beschaffenheit habe? Sammt einer angehängten Genealogie von denen Durchlauchtigsten Herren Burggrafen. Ferner:

Eigentliche und Grundhaltende Fortsetzung der bereits angefangenen Genealogie von denen Durchlauchtigsten Herren B[illegible]rggrafen zu Nürnberg, besonders anjetzo von [illegible]en Chur-Fürst Friederich dem Ersten zu Brandenburg anfahend, und bis auf dessen glorreichestes Lebens-Ende continuirende. 8. Beede Theile zusammen 50. Kr.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google